

3 1761 00873660 5



No 643

PRESENTED
TO
THE UNIVERSITY OF TORONTO
BY
THE UNIVERSITY OF STRASSBURG,
GERMANY.
JANUARY 10TH, 1891



~~RIBBECK~~
SCAENICAE ROMANORVM POESIS

FRAGMENTA

SECUNDIS CVRIS

RECENSUIT

OTTO RIBBECK.

VOLUMEN I.

FRAGILIORVM FRAGMENTA.



LIPSIAE,

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI.

MDCCLXXI.


TRAGICORVM ROMANORVM

FRAGMENTA

SECUNDIS CVRIS

RECENSIT

OTTO RIBBECK.



LIPSIAE,
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI.

MDCCCLXXI.

$$\begin{array}{r} 12332 \\ \hline 15 \overline{) 119} \end{array}$$


PATRI · OPTIMO

ET

FRIDERICO · RITSCHHELIO

AMORIS · CAUSSA

ANNO CLDCCCCLII



PRAEFATIO

Retractatae secundis curis scaenicae poesis reliquiae, quas ante quattuor ferme lustra adulescentiam vix egressus tamquam primitias studiorum edidi, quod multis locis diversam atque ut spero probiorem priore formam induerunt, non mirabitur qui, quantum in his litteris plus viginti per annos elaboratum sit, animo reputaverit. Nam et fontes frustorum ipsi novis partim codicum subsidiis instructi atque emendati sunt et sermonis antiqui cognitio una cum prosodiae artisque metricae scientia coniuncto multorum studio atque acumine, praeclara imprimis sospitatoris Plautini sagacitate multifariam aucta atque ad probabiliores normas redacta est. Neque eorum, quae iuvenili vel levitate vel infirmitate peccaveram, defuerunt correctores, qui quae protulerunt utilia mihi que nondum ultro cognita et inventa non ideo minus gnaviter collegi atque excussi, si livoris et malignitatis notis deturpata essent ac venenata. Quid? quod ne temeraria quidem et futilia doctorum hominum commenta silentio praetermisi, quorum commemoratione si nil aliud at hoc saltem efficietur, ut ne iterum iterumque vetera somnia pro suis venditent coniectores. Nam alienus ab eorum fastidio sum et atroci confidentia, qui critica scilicet severitate excussos textus edere professi pro suo arbitrio vel principum in hac arte coniecturas egregias non spernere tantum, sed oblivione, quantum in ipsis est, premere audeant.

Grates vero laudesque gratissimae agendaee sunt viris amicis et benevolentibus, qui vel penu critico suppeditando fundamenta operae meae amplificaverunt et firma-

verunt vel ipsi ingenio suo doctrinaque lucem obscuris obtulerunt aut viam saltem verum inveniendi comiter monstraverunt. Quamquam librorum manu scriptorum copiae praeter ea, quae partim ipse olim exposui, partim ab aliis postea communi usui tradita sunt, neque amplae admodum neque tales adfluxerunt, unde ad restituenda poetarum verba multum bonae frugis redundaret. Non tamen nihil auxilii praestiterunt Vrbinates codices Vaticanae bibliothecae n. 307 et 308, quorum hic tertium Nonii caput solum, ille cetera eiusdem capita continet excepto ipso tertio. Horum accuratam collationem debeo Erwini Rohdii mei diligentiae. Leidensium nota nec ullis laudibus exaequanda liberalitas statim post bellum nostrum finitum Nonium suum n. 116 signatum mihi concessit, ut saltem in his pagellis notabiliora quaedam (non multa sane) addere potuerim. Praeterea Florentini Varronis et Serui Isidorique (originum) scripturas codicum consulenti benigne commodauerunt Augustus Wilmannsius, Gustavus Thilo, Iosephus Kleinius. Deinde Hermannus Usenerus quae ex glossariis Helveticis excerpserat insigni comitate mihi transmisit, si quid forte, quod ad emendanda vel locupletanda fragmina mea conferret, inde lucri facere possem. Suis denique coniecturis atque admonitionibus utilissimis munifice me adiuvit amicorum trias: Usenerus scilicet et Adolphus Kiesslingius et Franciscus Buechelerus, qui singulas plagulas ex operarum officina recentes perlustrando ac perpurgando quam bene de his reliquiis meruerint abunde docent adnotationes meae.

Ceterum ordinem versuum universamque libri rationem quamvis nunc, si integra res esset, hic illic paulo aliter instituturus essem, fere retinui; interpretandas atque enarrandas reliquias libro, quo tragoediae Romanorum historiam vernaculo sermone complectar, seposui. Alteri fragmentorum volumini prolegomena quaedam adiungam, quibus fontium indolem adumbrare artisque criticae ad eam adcommodandae praecepta proponere et exemplis quantum satis erit illustrare conabor. Emendanda interim feliciori aliorum ingenio non hercle pauca me reliquisse ut non dissimulo, ita ipse iterum

iterumque curans vulnera quaedam fere iam desperata laud improspere mihi videor sanavisse. Si quae autem fuerunt, quae vel uberiore, quam succincta commentarii critici brevitatis admittebat, disputatione examinanda firmanda defendenda esse viderentur vel sero, ut suo loco inseri iam non possent, in mentem aut in notitiam venissent, eis

ADNOTATIONUM COROLLARIUM

quod infra sequitur contexui.

LIVII ANDRONICI et primus versus apud Nonium p. 173, 22 et septimus apud eundem p. 132, 32 vero poetae nomine in cod. Leidensi n. 116 adfertur, non falso *Lucili*, ut in Bambergensi, cuius ille in longe plerisque frater germanus extat.

In versu 6 Buechelerus conlatis ex Senecae in Agamemnone quam ipse indicavi narratione his 475 'nunc prima tangens rostra lascivit chorus, Millesimam nunc ambit et lustrat ratem' scribi iubet

ludéns ad cantum *clássium lustrát rates*

in quibus abundantia quaedam sermonis displicet. Passivam formam Plauti ex Pseudulo exemplum v. 1107 ab eodem Nonio laudatum satis tuetur.

In v. 9 ex Leidensis libri litteris *adconditali laudet* (nam hinc videtur proficiscendum esse) nemo adhuc elicuit quod probari possit. Nec mea mihi satis faciunt. Vestigia illa aliquanto pressius sequatur qui *adcantitat laudes* scribat, chorus ut sacris adcantare intellegatur. Longius ab illis Buecheleri recedit coniectura *adoret ac laudet*.

V. 13 paulo et lenius et propter adlitterationem elegantius sic ordinare poteram:

quin quód parere uós mi maiestás mea *c. q. s.*

Contra Buechelerus non mutato priore versu in altero aliquid deesse suspicatus haec praeoptavit:

quin quód parere uós maiestas méa procat,
[ultró] toleratis témploque hanc dedúcitís?

Excidere quidem facilius etiam *cito* potuit, quod ipsa sententia commendatur.

V. 15 non quod diu factum sit mirum dici, sed ab Aiaee per indignationem interrogari statuo:

mirum uidetur quod sit factum iam diu
oblitos Aethaeos esse? intellego autem defensas ab eo contra
Troianos naves.

V. 18 hiatus tollendi causa *cubi* scripsi paulo ante quam eandem Ritschelius formam Plauto vindicavit musei Rhenani XXV 306 sqq.: iambicam autem mensuram in traegodia servatam nemo mirabitur. Ceterum in lemmate Nonii *confluges* habet Leid. 116.

Versus 19, ubi *danae* fabulae titulum incorruptum idem praestat Leid., sana est sententia hominis, qui minas adversarii et opprobria repellat, non tam suam quam illius culpam esse respondens.

V. 25 omnia fere sic servare

nimis pol *inprudenter servus praestolarat* . . .
consultius ducit Buechelerus. *Inprudenter* quod scripsi et ipsa sententia in memoriam revocat ex Rudente Plauti v. 393 sq. 'o facinus inpudicum, Quam liberam esse oporteat, servire postulare!'

Quod in v. 29 conieci *olli* loci adverbium interpretor, ut apud Pauli Festum p. 196 '*ollic, illic*' et in Cyrilli lexico extat '*ἐκεῖσε ibi illic ollic*'; in Bernensi autem glossario cod. 178: '*olli illi*', in cod. 224 '*ollu.*' (erasa una littera) 'illi aut cui aut tunc.' Cf. etiam Probi appendix in Keilii gramm. latt. IV p. 199, 16 'olim non *oli.*' De genetivo *soli* Buechelerus cogitavit; *homine* mihi in mentem venit.

V. 31 integritatem redipiscaris, si scribas:

sed qui sunt hiee (*vel* hisce), quis ascendunt altum ocrim?

Quod ad v. 38 productae in compositione *ne* voculae *nequam* exemplum adferre sat habui, alia ut *nequiquam nevolo* praetermisi, ut in adiectivis subsisterem.

V. 40 ex Hermanni Hageni analectis Helveticis p. XXVI addas Bernensis cod. n. 207 excerptum Prisciani: 'possumus dicere *pueram* sicut *puerum* . . . *Liuius* dicit *puerarum manibus.*'

V. 41 incertum relinquo utrum tragoediae sit an praetextae.

Apud NAEVIVM in v. 6 non laudaverim senarii in annotatione propositi numeros: sed si re vera *proברי scis* olim in textu coniunctum fuit, faciles explicatu sunt corruptelae *propbris* et *propriis*. Nam ablativum, quo in hac structura usus est Accius v. 36, admittere nolui, quia de stupro aperte sermo est, non de aliis opprobriis; et genetivum Ennius quoque v. 352 praetulit.

V. 7 servandus utique fuit exitus *memini manum*. Iam quod legitur *iabeo* postquam perquam probabiliter in *niuco* correxit Buechelerus, ex primo vocabulo *animi* non quod hic proposuit *eam*, sed *annis* eliciendum esse intellexi. Incertum utrum *me* cum Grotio ante *memini* an *te* post *luere* rectius suppleatur. Ceterum cuius verba sint, nescimus. Somnium mulier, fortasse Danae, in Sophoclis Acrisio narraverat. (fr. 63 D.)

Mamubias in v. 12 intellego Iouis, h. e. fulmen (cf. Festus p. 129 M.), quod pronum de caelo in auxilium ut sibi mittatur precari Danae videtur. Debilia sunt quae amico cuidam in mentem venerunt *mamubias sibi petat Pro me* quasi a Perseo de Acrisio pronuntiata.

V. 19 primum in his *uelhoc* ablativi formam *uelod* agnoui; tum non magis quam in exitu *fer foras* adlitteratio *uelod vicinum* mutanda fuit. Restant *aquilone hortum*, unde *aquilo med* (vel *nos*) in *portum* sat leni ratione elicitur.

Potuit Iphigenia apud Tauros precari, ut sive navi sive, ut olim Aulide rapta erat, ita nunc aliqua aquilonis vi ex barbarorum manu liberata in proximum quemque Graecorum portum deferretur, unde in patriam rediret. Nam ne quis forte Aulidensi ex portu foras, h. e. in altum mare cursum classis Achivae Agamemnonem vel Calchantem optare coniciat (e. c. talibus verbis: *pásso uelo clássem hinc, aquilo, nánce e portu fér foras*), aquilonis mentione prohibetur, ut qui Troiam navigantibus adversus esset, non secundus. Fuit qui *aquilo longe a portu* proponeret; nuperrime Buechelerus *passó uelo*

coniectum áquilo e portu fórt foras senarium commendavit. Vtique inanis et a sententiae colore aliena *portus* mentio inferitur, ubi barbarae terrae (ut apud Eurip. Iph. Taur. 1086) significatio expectabatur. Quod ipse olim conieceram - ~ *passo uélo uicinum áquilo in portum orás ferat*. oras intellegi volebam anchorae fines solutos scilicet.

V. 21 ineptum esse *in sese* arbitratus Buechelerus *in laesae* coniecit facili et ingenioso invento.

V. 30 sqq. non persuasit idem his duobus senariis contineri:

alís sublime in álios (*vel* áltos) saltus ínlicit,
ubi bípedes uolucres líno linquant lúmína.

Nam imperativum *inlicite* mutare propter fr. V et VI utique religio est; quodque *alis* intellegi vult pinnis sublime avium genus, certe Bacchae ipsae, quae cum illis comparantur ut in Eurip. Bacch. 748 sq., instructae alis non fuerunt, aves autem dubito num auceps proprie inlicere non in laqueos, sed in silvas, ubi habitant, dici possit. Traditam formam *sublimen* ne oblitterarem, cum olim *sublímen alios in saltus inlicite, ubi Quasi bípedes* e. q. s. scripsissem, postea conabar *sublímen alios saltus indolícite, ubi Duípèdes* e. q. s. Nam ut *duis duini duicens duigae duicensus duonus duellum Duellona* cum similibus (etiam *Ducliorum* nomine: cf. Quintilianus I 4, 6) veteres usurpauerunt, ita *duipedes* formare potuerunt. Vetustam autem *endo* vel *indo* vel *indu* formam usitatiorem antiquis scriptoribus, poetis maxime fuisse quam codicum nunc memoria indicatur, praeter illa XII tabularum (*endo iacito endoque plorato*), Ennii ex annalibus (*endo* et *indu*, *indo tuctur*, *indu uolans*, *induperator induperantum*) et Lucretii (*indugredi indupedire*) exempla glossis probatur apud Festum *endoitium*, *indeptare*, *indostruum* (Paulus p. 106); apud Labbaeum *endodicarit*, *endoclusa*. *endofestabat*, ‘*endopesciscas*’ (*endopeccescas* Vulcanius, immo *endopescas*: cf. Pauli Festus supra et p. 108 v. *impescere*); ‘*endopicus*’ (*endoterus*?) ἀνωθεις (Scaliger: ἄνω εἰς) ἐνδοτέρω; ‘*endoribuum ἐνδορθρον κατάρθρον*’ (Scaliger: *endoriguuum ἐνδορθρον κατάρθρον*); ‘*endoridia*’ ἐν τῷ μεταξύ (Vulcanius: *endorideia*). Atque retinuit usus *indigere indipisci induere*. Ex

illis autem praeter *endoitium endoclusa endorigram*, quae in legibus locum certe possunt habuisse, nec in his nec in dactylicis carminibus extitisse possunt *endofestabat*, quod in senario post caesuram semiquinariam apte collocabatur, *endopesceas* et exitus senarii *endotéridea*. Plauti est *indaudire* (Stich. 77. 167? Merc. 941. 944 Most. 542); quam probabiliter in Accii v. 74 *crindaudies* coniecerim alii iudicabunt: apud Pacuvium certe in v. 35 Kiesslingii *indaudini* minime necessarium est. Tamen prudentius nostro loco visum est codicum vestigia premere.

Non certa quidem et necessaria, sed memorabilis Buecheleri coniectura est v. 33 initio *utí uenatu uitulantis* scribendum esse.

Anapaestum secundi pedis in v. 37 sic evitabis:

ignótae [hic] iteris súmús: [si uel an] tute scís . .

Atque illius *hic* quod inserui umbra nescio an dispiciatur in *ignoti* scriptura. Non placent trochaei quales Buechelerus notavit, sive uno versu *ígnotae iteris súmús, at tute scís*, sive per duos distributi *i. i. sumus, Túte scís*, ne de ereticis dicam talibus *ígnotae iterís sumus: túte scís*.

Quae v. 42 dedi etiam nunc meliora mihi videntur quam quae Buechelerus coniecit

séd quasi annis eíta rapit se, támen i. f.

Non enim de tardanda velocitate, sed de frangendo qui obstantia secum rapiat impetu sive Lycurgi irati sive Liberi exultantis imago illa posita est.

In v. 43 exitu diiambum non toleravissem, nisi ipsum *timos* vocabulum Nonius in lemmate testaretur. Quamquam ne tautologiae quidem *timos pauos* sat firmum praesidium paratum est Pacuvii v. 53, ubi *formido pudor* Leidensis scriptura illi *pauor* praestare videtur. Sed corrigi numeri non sine audacia quadam possunt, ut e corrupto textu ipsum compilatorem glossam illam excerpisse statuamus. Quid enim? si poeta *intimos animos* vel *intimas mentis* vel *mentis turbatos* vel *animi sollicitos* (nam *legitimos* non quadrat in sententiam) scripserat, librarius autem animi vel mentis vo-

cabulum omiserat. Nam flagitat sane versus lacuna supplementum aliquod, neque indagare contigit substantivum nomen, quo contrarius pavori vel saltem diversus ab eo adfectus (qualem *duplicat* verbo indicari sentio) significetur. Alia via ingressus Buechelerus ita, ut *timos* ipse quoque damnaret, initium versus hoc fuisse coniecit *iam binos : duplicat*, quod viderit an sic probabiliter continuetur: *anxiae mentis pauos*. quae ipsa vera esse possunt, etiam si *iam ibi nos d.* intacta relinquamus.

V. 45 sq. anapaestos Buechelerus dimetitur tales:

nam ut ludere laetantis inter se uídimus, ut petere ánnem, cretérris sumere aquam éx fontei.

Sed narrationi cantici numeros conyenire non credo, et commendantur eiusdem orationis, ut videtur, frustis XVI XVIII septenarii trochaici.

V. 47 in septenarii integritatem redigi posse sic putabam: *sine terrore pécuá manibus dúctae* (vel *dúctae manibus pécuá*) *ut ad mortém meant*; sed praestat servare *sine ferro* (ut Seneca Phaedrae v. 892 scripsit 'vincite ferro'), et valde placet senarius Buecheleri: *sine férro pecua mánsueta ad mortém meant* ferrum interpretantis catenas et comparantis Euripidis Bacch. 436 *ὁ θεός δ' ὄδ' ἡμῖν προῶς . . . ἔδωκεν οὐκ ἄκων χέρας*.

V. 48 septenarium elegantissimum transponendo efficias: haec ut uideam Vólcani opera flámmis flora fieri.

V. 54 sententia totidem verbis redit in Plauti Poenulo 834: 'male partum male disperit.'

In versu 57 malui *pedibús* anapaesti periculum facere quam aut pravum accentum *pedibus* tolerare aut transponendo *in pedibus diá bathra habebat* memoriae vim inferre, praesertim cum inter exempla productae *bus* syllabae in CFW Muellerei prosodia Plautina p. 53 sq. composita quamvis ambigua unum saltem certius sit, ubi item sequatur aspirata vox in Mostellaria Plautina v. 402 *in aedibus habitét*. ¶ *licet*, quo fortasse etiam Titinii v. 45 *aedibús absterrui* defenditur. Nam Mercatoris v. 919 olim correctum et Epidici v. 460, ubi persona-

rum vices hae distribuendae sunt: *estne émpla mihi istis légi-
bus? ¶ habeás licet*, non curo.

V. 61. Adverbii quod est *numero* usum et vicissitudines vel post Fleckeiseni exerc. Plaut. p. 17 et Ladevici in diurn. antiq. 1844 p. 623 disputationes non inutile duco paulo accuratius enarrare. Cuius originem Rostius opusc. Plaut. 187 sqq. a re musica cum recte videatur repetivisse, tamen significationem primariam non in convenientia vel congruentia rei cum loco vel tempore ponere debebat: nam in prorsus contrarias notiones usus abiit. Immo dubitari non potest quin primaria significatio fuerit *cito*. Varro logist. fr. VI p. 248 R. 'qui contra *celeriter* erant nati fere *Numerios* praenomina- bant, quod qui *cito* facturum quid se ostendere volebat, dice- bat *numero* id fore.' Ergo ipse Varro in satira p. 195 fr. V R. 'discedens *numero venire* ait adolescentem'; item Cae- cilius v. 2 'quid *ita numero venit?*' Turpilius v. 151 'neque *sat numero* mihi videbar *currere?*' 34 'numquam *nimis numero* quemquam vidi *facere*. quom factost opus', Afranius v. 320 'perfalsum et abs te *creditum numero nimis*', quibus apparet nimiae festinationis vim in ipsa vocula per se non inesse: sed quoniam qui festinat non debuisse festinare alteri facile videri potest, in illam quoque notionem sat saepe transire potuit, quod animadvertit teste Festo p. 170 M. Antonius Panurgus. Usus est hac notione Plautus Men. 287 '*numero* huc *advenis* ad prandium', Mil. 1400 'perii. ¶ haut etiam: *numero* hoc *dicis*', Casin. 538 'nimium saevis. ¶ *numero* [hoc] *dicis*', quia minatus modo, non executus est saevitiam; Poenul. 1260 'o Apella, o Zeuxis pictor, Cur estis *numero mortui?* hoc exemplum ut pingeretis.' Hinc facilis ad *temeritatem* transitus fiebat, tamen ut nondum omnis evanesceret celeritatis notio apud Accium v. 144: 'ne istum *numero amittas* subitum oblatum', et 503 '*numero* te expugnat timor', et apud Afranium v. 270 '*numero* inepti pertinuistis'. Iam *frustra* saepe fit quod temere fit: inde est quod dicunt Afranius v. 312 '*numero ac nequiquam* egi gratias', Plautus Merc. v. 738 '*numero* purigas.' Eodemque quadrat Naevii, unde profecti sumus, v. 61 'neminem uidi qui *numero sciret* quique scito

opust' (cf. Turpili v. 34 supra laudatum); nec abhorret quod in Nelei carmine legitur fr. I 'en unquam *numero* matri faciemus volup?' At falsum quod Fleckeisenus in Amphitruonis v. 180 repetiit 'sum vero vere verbero: nam *numero* mi in mentem fuit, Dis advenientem gratias pro meritis agere atque adloqui.' Vituperat se ipse Sosia quod *nondum* sibi in mentem venit gratias dis referre. In Palatinis autem *nunc vero*, non *nam numero* scriptum extat: restituendum fuit 'nam *verbo* mi in mentem fuit dis . . gratias . . agere atque adloqui?'

Ad v. 62 Iosephus Kleinius testatur *trionum* extare et in Sangermanensi codice n. 805, qui nunc Parisinus 13027 signatur, et in Wolfenbuttelano, *trion^vum* in Monacensi, *trionem* in Parisino 10291. Comoediae hunc versiculum propter ambages verborum nolui tribuere.

Apud ENNIVM nondum certo restitutum est Achillis fr. V (v. 7 sq.). Ac primum quidem quod inter *quibus* et *concedit* scriptum extat *tam* possis interpretari *tamen*, nec opus erat sic mutari, ut voluit Vossius. Sed recepta hac vocula in versus initio trochaici fiunt numeri, qui ad antecedentem minus accommodati sunt; neque enim sat placet caesura:

' nam | consíliis obuaránt, quibus

Melius profecto iambi current hi:

iam iám concedit

Sed quoniam extrema sic tradita sunt: *hic ordo*, exitum senarii hunc fere puto fuisse: *Hector corde ferreo vel callido*, i. e. prudenti. Consilia autem deorum si intellegenda sunt, fortasse *deum* (vel *nam deum* vel *Troiani patris*, Iovis scil.) *consiliis* scripserat Ennius. Ergo haec, si probabiliter restituta sunt,

Troiáni patris consíliis obuaránt, quibus

iam iám concedit Héctor corde cállido

velut a Minerva de Troianis dici poterant, qui fugati semel

a Patroclo rursus invito fato redire ad naves conarentur, cum vel Hector tergum vertisset (Hom. Il. II 362—369). Longe ab his diversa alius quidam coniecit:

nam cónsiliis obuárant, quibus iam cóncidet discórdia.

In quibus neque choriambum *consiliis* probo neque mutatum *concedit*, quod illi *obuavat* aperte opponitur.

Merito in v. 18 transitiva vis verbi *uolant* repudiatur. Rectissime contra efflare sanguinis fluctus dicuntur animam, quae ex ore moribundi evolet: ἀπὸ δ' ἔπιτατο θυμός. Quadrat autem *efflant* finitum verbum ad ipsum Sophoclis (Ai. 1412) exemplum: ἔτι γὰρ θεομαί Σύριγγες ἄνω φυσῶσι μέλαν μένος. Ergo adiectivum finxi *ecuolam*, qualia in antiquo potissimum sermone plurima de verborum stirpe deducta sunt. Inter quae prae ceteris numinum vocabula commemoranda sunt: *Aius Averruncus Cuba Educa Domiduca Iterduca Iuga Lua Panda* et *Empanda Peta Perfica Pertunda Postverta Prema Sciae Sospita Stimula Subigus Vica Pota Viriplaca*. Huc referenda *Sálacia*, quae 'salum ciet', in Pacuvii v. 418 sq., et ab eodem verbo oriundi *pracciae*. Praeterea trita partim usu simplicia *blandus cocus condus currus fidus guarus promus scius vagus*, composita autem *alticolus benedicus benecolus bifidus* (δίχηλος) *biparus carnivorus comedus cunnilingus despica prospica detudes incubus indagus* (apud Placidum) *involcus* (Festi) *multibibus oblitteram* (gentem Laevii) *percrepus pronuba repandum* (Lucilii), denique quod Accio (111) Buechelerus vindicavit *obvalla*.

V. 26 Buechelerum certior fio non *incedunt*, sed *incendunt* legi velle. Sed aedium incendium faces Furiarum insanis minari non solent: ipsos urunt stimulantque.

Ordines anapaesticos in systemate Graeca lege Romanorum quoque poetas tragicos colligavisse exemplorum multitudine sat demonstratur. Semel etiam synaloepha vocales coalescere Accius voluit v. 569:

hac úbi curuo litóre latratu
undá sub undis labúnda sonit.

Hiatum bis in Ennii versibus offendimus, qui v. 85 gravi in fine sententiae interpunctione satis defenditur, caret vero

omni excusatione in v. 29. Removendus igitur est, sed non Graecanica eaque Romanorum scaenae tum inaudita nominis forma *Apollon*. de qua fuit qui cogitaret, sed, ut optime perspexit Buechelerus, initio versus explendo. Atque ultro interiectionem aliquam desideramus: *en* quidem aliena ab illius aetatis consuetudine, *em* novum versui hiatum inferat, tolerabilem sane, sed qui tamen vitari possit, si vel *ecce* vel *eccum* eligamus. Scripsisse igitur Ennium conicio

eccum íntendit crinítus Apollo
arcum aúratum

Sed quae statim secuntur *luna innixus* sana esse non possunt. Nam etsi curvatum in lunae formam arcum intellegas *lunam*, ut *lunavit . . arcum* Ovidius amor. I 1, 23, *acies . . Nereus lunarat in arcus* Propertius IV 6, 25 scripserunt, tamen *innixus* arcu qui intendit sagittam dici nequit: innitimur humo pede calceis genu baculo hasta, aves alis, aedificia fundamentis columnis, arbores radicibus; absurdum illud. Paulo tolerabilius saltem videtur *luna enixus*. Nam eniti et contendere cum saepe iungantur, qui directa oculorum acie ex curvato arcu emittit sagittam, eniti luna artificio quodam dici posse videtur. Quamquam hoc quoque difficile et quaesitum. Nec alia quaedam, quae temptavi, magis placent: e. c. *lunae in flexum* vel *luna inflexum*, cum prioribus coniungenda. At minime inepte Kiesslingius ad Dianam potius referri volebat lunam: ut Apollo crinitus, sic illam luna in capite ornatam praedicari. Quo sensu vide an Diana dici possit vel *luna nictans*, scil. lumine lunae, ut nictantia fulgura apud Lucretium VI 182, vel *lunata micans*. Ut frontem iuveni et pellem calcei lunatam appellaverunt, quae lunae nota vel ornamento insignis esset, ita luna in vertice ornata Diana rectissime *lunata* perhibetur. Verbum autem *micare* ipsi lunae stellis oculis proprium esse nemo nescit. Ne utquam lunae imaginem ex hoc loco extrudere ausim, ut suasit Buechelerus *limine nixus* proponens.

V. 40. Non defenderim equidem septenarii, qui Lachmanno placebat, exitum dactylo molestum *uirginali' modestia*. Quamquam hanc aliquando versus formam in veteribus libris

extitisse consensus memoriae de ommissa finali *s* arguere videtur. Suspicio autem a commentatore antiquo glossema *uirginalis* superscriptum fuisse genuino *uirginis*. Quod si restituimus, simul duplicis adiectivi molestia liberamur. Nam transpositione verborum a Buechelero commendata *ibi illa uirginális paulo ante ét sapiens modéstia* languida fit oratio. Defectum, quo in prima dipodia versus laborat, quamvis sat probabiliter Reizius inserto *tua* resarsisse videatur, duplex praeterea vocula *paulo* remedium offertur, quae sive *paulod* scribis sive *pausillo* (ut Afranius v. 296 ‘pauillo prius’ coniunxit), facili negotio tollitur hiatus.

V. 41 ad tuendam librorum scripturam *optumatum . . . mulierum* non sufficit v. 212 ‘matronae opulentae optumates.’ Nam et hic et ceteris locis optimas dicitur qui optimi ordinis vel loci, vel qui optimarum partium, non qui optimi sit animi et ingenii, id quod Cassandra de matre praedicat.

V. 44 tria ab initio verba cum triplici modo ordinari possint

uirgines uereór aequalis
 uéreor uirginés aequalis
 uirgines aequális uereor

ille, quem primo loco posui, a librorum scriptura proxime abest, sed idem anapaestico vocabulo minime commendatur. Adlitterationis virtus communis est primo et secundo, sed in hoc nescio quid languidi meo sensu habet creticum vocabulum, cuius hoc versus loco positi inter tot tragicarum reliquiarum septenarios paucissima sunt exempla. Sunt autem haec: Ennii v. 149 ‘quae mea *comminus* machaera’, 274 ‘qui sibi *semitam* non sapiunt’, Accii 190 ‘ueritus sum *arbitros*, atque utinam’, inc. inc. fab. 89 ‘soluere *imperat* secundo’, 214 ‘pater inquam, *hospites*, pater me’. Quae quamquam dubitationem nullam ipsa admittunt, nostro tamen loco non crediderim poetam multo meliores numeros *uirgines aequalis uereor* prae istis sprevisse. Nam adlitterandi vis etiam ultra interpositas voces binas vel singulas valebat: exempla sufficiant Livii 6 41, Naevii 19 39 47 61, Ennii 140 165 261 292 315 398.

V. 60 sq. nunc senarios una voce inserta hosce restituo:

nam máximo
saltú superabit grávidus armatís equus,
qui snó partu arduam [árcem] perdat Pérgama.

Cf. v. 219 'quae Corinthum arcem altam habetis.'

Licet Sarsinas poeta legitimam *Acheruns* nominis mensuram nescio qua enuntiandi crassitudine in *Accheruns* creticum extenderit (vide nunc Ritschelii in *Trinummi* ed. II praef. p. LXVI), Emnius tamen semigraecus Graecanicae prosodiae integritatem servavisse videtur. Nam et '*Acherúnsia* templa alta Orci' v. 70 et '*Acheróntem* obibo' v. 202 optimi testes exhibent, a qua norma non recessit inc. inc. trag. v. 77 auctor '*áltae Acheruntis* salso sanguine'; et redigi ad eandem potest inc. inc. trag. v. 73 '*ádsum* atque advenio Acherunte vix via alta atque ardua', si '*áb Acherunte*' restituas. Quae quod in Poenuli quoque locis quibusdam valet, scilicet v. 337 'quó die Orcus ab Acherunte mortuos amiserit', 821 'quódvis genus ibi hominum videas quasi Acheruntem veneris' (nam de prol. 71 ambiguum est iudicium), discimus saeculo septimo, cum correctae Plauti fabulae repeterentur in scaena, Graecanicam pronuntiationem etiam in comoedia regnavisse. Quam is quoque secutus est, qui in *Mostellariae* v. 509 '*vivóm* me arcessunt ad Acheruntem mortui' legi voluit, ut totidem litteris extat in *B* codice. Et quod in *Trinummi* v. 494 *CD* praebent *censui* pro *censu*, possit, nisi alia quaedam causa dissuadeat, ad talem versum formandum adhiberi: '*censétur censud ád Acheruntem mórtuos.*' De *Acherunsia* forma et Lucaniae oppido *Aceruntia* disseruit Corssenus *symbol. critic.* p. 469; de vocali *u* Ritschelii *opusc.* II 493.

Anapaestos v. 70 sqq. septenarios, ad Aristophanei illius, qui inter inc. inc. fab. 182 legitur, exemplum factos Buechelerus agnovit. Sic igitur distribuendi sunt:

. *Acherúnsia* templa alta 'Orci,
pallída leto, nubíla tenebris loca, sáluete, infera [nóctis].

Nam haec verborum interpunctio videtur vera esse.

In creticis v. 76 quod traditum est *auxilio exili* lenius

corrigi poterat *aúxiliod exili*. Atque etiam inter secundum et tertium pedem hiatus tolli potest, si scribas

quóue nunc

aúxiliod exili aut [quó] fugae fréta sim?

Ceterum non indigna quae conferantur Pardaliscæ in Casina Plauti 518 sq. 'nescio unde aúxili praésidi pérfugi Mi aut opum cópíam cómparem aut éxpetam.'

V. 79 mutare nolui 'tosti alti *stant* parietes', ut quod post illa 'nec arae patriae domi *stant*, fractae et disiectae *iacent*' eum acerbo acumine repetitum sit : manendi notioni accedit illa, qua 'saxo *stant* antra vetusto' Ovidius fast. V 383, 'vides ut alta stet nive candidum Soracte' Horatius, alia alii dixerunt. Ergo inutiles coniecturae ab amicis prolatae 'tosti alti *acstu* parietes' vel adeo '*postes antae* parietes'. Numeros quidem (cf. ad v. 194 infra adn.) transponendo *stant* *tosti alti parietes* lenias, sed *tosti* latere in thesi nolebam.

V. 82 parum idonea interpretatione Bergkiius annall. philoll. 1870 p. 840 sq. caelum invocari statuit: cf. Nissenii 'Templum' p. 7 sq.

V. 91 intellego optimis libris obtemperandum fuisse, qui habent

uidí, uidere quód me passa aegérrume

Nam omissum *sum* vel Plautinis exemplis (Amph. 964 Asin. 271 Men. 119 Trin. 826) sat defenditur, ut neque de versus inc. inc. fab. 81 integritate dubitandum nec v. 54 sententiam sequentibus demum absolutam fuisse probabile sit. Item *sunt* videtur omissum esse ab Accio v. 528 et 651 (cf. e. c. Plauti Trin. 1049 'qui nil meriti', Amphitr. 474 575 779 1111 1133 et Catonis orig. V 95 p. 83 P. 'quod illi tamen perpessi'); *est* cogitatione supplendum apud Ennium v. 40, Pacuvium 174, inc. inc. fab. 42, nam de Accii v. 181 et 584 minus certum iudicium est. Certum omissi *es* (ut in Persa Plauti v. 326) exemplum tragoedia non suppeditat (cf. Pacuv. 261), nec *sumus* (ut in Rudente 453 690 et Curcul. 354) aut *estis* (ut in Asin. 648) umquam in nostris reliquiis desideratur. — Accedit vero quod *patiendi* verbum accusativum ad infinitivum flagitare praeter Poenuli v. 687 et Andriae

v. 203 ipsorum tragicorum auctoritate, Accii v. 9, inc. inc. trag. 139 probatur.

V. 104 nisi propter fragmentorum IV—VIII conexum probabile esset ut cetera trochaicum fuisse, senarius sic expleri poterat:

rusús *proutorsus* réciprocat f. f.

Κρεσφόνητης nomen Lobeckius in Rhematio p. 128 et in pathologiae Gr. serm. elem. p. 312 ex *Κρεοφόνητης* natum esse suspicatur, sed ex eodem themate orta statuit *Κρησίλας* et *Κρησιφῶν*, ut ne *Κρησιφόνητης* quidem plane repudiari posse videatur. Nisi forte vel a *Κρέσσων* derivans vel duplicandae *σ* licentia (de qua vide Lobeckii pathol. proll. 430 sqq.) usus Ennius *Κρεσσιφόνην* fecit. Et hoc ipsum *Cressiphonte* cum Macrobiani exemplaria quaedam praebeant, non dubitavi v. 115 inlata *Cressipontem* forma restituere.

Peloponnesi inter Heraclidas sortitionem v. 112 narrari iam Valckenaerius perspexit (cf. quaest. scen. p. 266). Primum igitur pedem, cuius praeter duas litteras *an* nil superest, aut *paternam* (Hylli scil.) aut, quod Buechelerus proposuit, *auitam* (Herculis) explere potuit: at uerum denique hic ipse inuenit *auī inter sese*.

V. 121 librorum ordinem non improbabiler sic serues:
égo cum meae[met] uítae parcam, létum inimico déprecer.
Dubium videri potest, an forte *cum* uocula re uera olim fuerit *uum*.

V. 124 sq. post multa, quae frustra temptata sunt, uide an haec satis faciant:

áduocant

hóspitem: secúri eunt ad fóntem, nitidant córpora.

Cf. Hygini fab. 184 extr. 'rex laetus cum rem diuinam faceret, hospes falso simulavit se hostiam percussisse eumque interfecit patriumque regnum adeptus est.' Septenarium integrum

pédisecum aduocánt, eunt ad fóntem, nitidant córpora

Buechelerus effecit sententia quidem parum idonea. De numeris uide quae ad v. 44 adnotavi.

V. 127 malim:

mihī lícuit miserāe nēc lauere *e. q. s.*

Buechelerus mutare *miserāe* quam transponere maluit: cō-
iecit enim

mihī lícuit *neque meae* lauere *e. q. s.*

Infinitivum *lauere* Usenerus sic puto obtinere conatus est:
mihī lícuit nec miserāi lauere lacrimis s. s. Neutrum proba-
verim.

V. 128 *quis* dativi formam commendavit Kiesslingius;
Buechelerus adeo *quī* ex libris restitui voluit, ne nimis inepta
utriusque versus *ταυτολογία* esset. Sed hoc ipsum adfectavit
poeta, ut eandem sententiam gravitatis causa plane eadem
structura quamvis paulo mutatis verbis bis proferret. Nam
ut saepissime bina vel trina vocabula idem fere significantia
in hoc stili genere iuxta ponuntur, ita hic ampliore consilio
ut in sanctissimo promisso totae sententiae cumulantur.
Variare formas poeta si voluisset, non *quibus . . quis*, sed
inverso ordine *quis . . quibus* ut Pacuvius v. 212 scripsisset.

De v. 132 sq. in quod incidit Kiesslingius

ita *fācere* opinio esse optimum, ut pro uiribus
sapere atque fabulari tute noueris

sententiae parum satisfacere videtur, quam ex Aeschyli Eum.
277 sq. expressam esse Bothius intellexit.

Hectoris lutra. In codicibus cum partim ex *lustris*
(*lystris, listris*), partim ex *lytris* (*lyris, litris*) huius fabulae
fragmenta sumpta esse ferantur, olim praetuleram quod paulo
meliore auctoritate niti videretur *lustra*. Neque carebat is
titulus sensu, qui vel lustrationem Hectorei corporis et sacra
in honorem eius celebrata indicare videri vel ad ipsum tri-
butum a Priamo Achilli solutum referri potuit secundum
Varronis illa de l. L. VI 11 'lustrum nominatum tempus quin-
quennale a *luendo*, i. e. *soluendo*, quod quinto quoque anno
vectigalia et ultro tributa per censores persolvebantur.' Tamen
Ennium, qui *acchmalotis* epitheton servavit, Graecum nomen
λύτρα Latino *lustrum* commutavisse parum probabile: quam-
obrem *lutra* ei reddidi. Illam autem formam *lustra* non
a librariis, sed a commentatore aliquo sive diorthota poetae

ortam esse suspicor, qui cum vel *λουτρα*, non *λύτρα* esse *lutra* sibi persuasisset (ut etiam in scholiis Aristophaneis ad ran. 911 optimi codices *λουτροῖς* pro *λύτροις* exhibent), vel ipsum *λύτρα* et *lustra* idem esse statueret, Latinum nomen intulerit. Quantum enim de his vocabulis dubitatum fuerit, cum Varronis loco supra laudato proditur tum Verrii Flacci adnotatione quamvis a Paulo Festi epitomatore p. 120 M. in breve contracta: 'lues . . . tractum a Graeco *λύειν*. hinc dictum lutum . . . et lustratio qua quid solvitur ac liberatur. hinc et *λύτρα ἀπὸ τῆς λύσεως*, id est solutione auri. *λίτρα* enim libra est.' Videtur enim hanc ipsam quaestionem, Ennii fabula num *lustra* an *lytra* an *litra* inscripta fuerit, Verrius Flaccus tractavisse et prudenter, quamquam ne ipse quidem sine errore (nisi breviator potius erravit), solvisse.

V. 148 Buechelerus probata Junii coniectura talem fuisse statuit:

quí cupiant dare árma Achilli, ut ípsi cunctent [súmere].
 Quodsi non, ut conieci, dittographia ex superiore Ennii exemplo male repetita sunt *ut ipse*, saltem *ut* corrigendum: non enim consilium quod spectent, sed sensus animi, quibus moveantur, indicandi erant. Aptius erit *illi* uel *ei ipsi c. s.* vel *cunctent ipsi sumere*.

V. 149 vim inferat memoriae ac fortasse ipsi poetae qui *eminus* flagitet, quia 'comminus' praecedat.

Pro frustis versuum 152—154, quae dedi, non spernendus sane quem Buechelerus effecit senarius:

sublímiter flammam hálitantes quádrupedes.

V. 156 sq. nil certius quam *tenaciam* equi intellegendam esse: cf. Plauti Casina 680 'édepol ne tu, sí equos esses, ésses indomábilis. ? Quo árgumento? ¶ nímis tenax es'; Ovidius amor. III 4, 13 'vidi ego nuper equum contra sua vincla tenacem' e. q. s.; Livius XXXIX 25, 13 'ut equum tenacem, non parentem frenis asperioribus castigandum esse' (ubi si verba 'non parentem' recte pro glossemate habentur, propria vocabuli 'tenacem' notio etiam manifestior fit). Eiusdem generis est quod 'Caesaris ira tenax' Ovidio, et qui in con-

certando vel pugnando obstinatus est communi usu pertinax dicitur. Ergo alterum versum non dubito quin vere restituerim; neque priorem paenitet quod glossematis maxime liberandum esse duxi, quae Ursini codice sat aperte produuntur. Longissime sane a meis discrepant quae Buechelerus excogitavit

ducít quadrupedum uím, iugo inuitám domat,
et uálidam equom tenáciam frenát minis.

V. 158 quod in plerisque libris legitur *seruos*, in Bambergensi et Leid. n. 116 *useruos* nescio an mutilatum et contractum sit ex hoc: *obsecro, per uos*.

V. 178 sqq. Coniungenda sunt *stellascogens*, nam cohibet iugum temo, et *superat noctis iter*, quoniam finito fere noctis cursu dies adpropinquat; cum tamen aliquid restet, *etiam atque etiam* superare dicitur currus caeli viam, h. e. continuo progressu, magis magisque, ut iam pronus vergat. Quae notio etiamsi firmari nequit Ciceronis in ep. ad fam. VI 22 verbis ‘haec quamquam nihilo meliora sunt nunc etiam atque etiam multo desperatiora’ corruptis utique (an *nunc sunt, immo?* Lambinus: *sunt nunc atque etiam*), tamen facilis a vulgari repetitionis assiduae significatione transitus est. Ergo nec *stellis* carere possumus nec aut O. Muellerus aut Bergkii recte ordinaverunt verba. Nam ceteris ipsa structura cum certa sedes adsignata sit, mutare locum solum *sublime* epitheton merito iubetur. Paulo tamen exilius et nude positum, si quid sentio, *stellas*, ut fere suspicer post illa *superat temo* unum versiculum excidisse, quo trionum signa eidem plaustro iuncta ornatius adumbrarentur (cf. Varro de l. L. VII 74 sq.). Ad Ennii exemplum Seneca in Hercule furente anapaestos 125—131 composuit.

V. 181 his ‘gradum proferre pedum *Nitère*’ Graeca ἐρέσσων σὸν πόδα reddita sunt, nec quidquam offensionis habet infinitivus cum nitendi verbo coniunctus: eadem structura usi sunt Sisenna III 28 p. 282 P. ‘armis de vita certatim dimicare nitebantur’, Sallustius Iug. 25, 9. 37, 2, alii. Impedita contra est quam praecepit Verrius Flaccus.

Difficile est chori in Iphigenia versus 183—187 ita constituere, ut dubitatio nulla relinquatur. Mihi quidem persuasum est invicem sibi respondere v. 183

ótió qui néscit uti, plús negotií habet

et 187

ótioso in ótió animus néscit quid velit in quibus nihil mutavi. Tum ei, qui uti nesciat otio, apte opponi videtur qui *utitur* strenue, et otioso otio negotium *negotiosum*. Talia mihi in v. 184 locum habuisse videbantur, quem graviter corruptum esse ipsa sententiae debilitas ac perversitas arguit. Neque enim negotium, sed otium vel plus saltem otii in negotio ei esse dicendum erat, qui melius negotio quam alter ille otio uti sciret. Ac veram sententiam quidem adsecutus est Vossius ‘quam cum quis negotioso fuerit in negotio’ scribens, in quibus si *negotiosus* posuisset, ad Plautinum exemplum in Merc. 191 ‘negotiosi eramus nostris in negotiis’ propius aspirasset. Sed a nostrorum librorum memoria (*quam cum est negotium in n.*) cum et illa longius absint et quae ipse in textu exhibui, vide an paulo facilius haec inde eruantur:

quám si cuist negotiosum quo útitur negotium.

Iam in sequenti versu glossema esse quod in Vossiano minore sic extat *in illo negotio* parum credibile reddunt aliorum codicum scripturae *in illis* et *negotium*. Ab his enim, nisi omnia fallunt, proficiscendum est. Itaque ne mea quidem *nullo quasi negotio* nunc probo. Nec sufficit vestigiis illis quo sententia sat commode concludatur acumen: ‘nam cui quod agat institutumst *otium negotiumst*’, paulo magis *otium in negotiost*. Sed ad Regii et Vossiani maioris scripturam *in illis negotiu*, quod Hertzius quoque emendandi fundamentum esse voluit, plane quadrat

nám cui quod agat ínstitutumst míliti negotium
Quod si recte inventum est, concidunt coniecturae eorum, qui Vahleni de glossemate suspicionem probaverunt. Inter quos Usenero haec:

ótio qui nescit uti

plús nec oti habét quam quoist nec ótium in negotio.

nám cui quod agat institutumst
 íd agit, id studet *e. q. s.*

Buechelero eadem fere placuerunt, sed aliter disposita:

ótio qui néscit uti
 plús negoti habet
 quam quoíst negotium ín negotio.
 nám cui quod agat ínstitutumst
 íd agit id studet,

ibi méntem atque animum délectat suum.

ótioso in ótio animus
 néscit quid uelit.

Iam expectes iambos ut supra redire, sed secuntur trochaei. Multa vero in utraque ratione sunt quae displiceant: praeter cetera sonum et vigorem Ennii in breviculis istis debilibusque colis desidero. Utrum autem *negotium* an *nec otium* scribas perinde est.

V. 192. Alienum ab huius altercationis ordine et consilio quod inferri voluerunt *item*. Minime enim similia sunt exempla Plautina Rud. 1025 Amph. 1137 Asin. 375, correctum autem a Brixio Aulul. 225. In responsis vel interrogatis vel exclamatis ubi quid augetur vel intenditur, sollemne est *autem*. Vide, pauca ut adferam exempla, in Plauti Casina 165 'quíd si ego ínpetro atque exoro a vilico, causa mea 'Vt eam illi permittat? ST. quid si ego autem ab armigero ínpetro, 'Vt eam illi permittat?' Pseud. 305 'metuo credere. ¶ Crédere autem?' (cf. 635); Amphitr. 901 'heia autem inimicos?' (cf. 539); item Terentii eun. 798 'ego non tangam meam? ¶ tuam autem, furcifer?' hec. 817 'quot cómmodas res attuli? quot autem ademi curas!' (adde haut. 251 Phorm. 775 hec. 72. 100) Numeri in libris traduntur iambici

quis aútem malitiá te?

qui ut seruentur prudenter monet Buechelerus: notumque est quam frequenter in agitatoriis scaenis et iurgiis trochaici septenarii in octonarios iambicos transierint. Quo fit ut etiam in v. 193 praeferam iambos: *Meneláus med ob- iurgat e. q. s.*

V. 194. Paulo durior molossus *tú peccés* defenditur, ne

comicorum exempla memorem (cf. Ritscheli proleg. CCXVI) v. 327 'in frontem'; nec multo lenior choriambus v. 175 'et modice', aut Accii 127 ionicus 'abeuntes.' Tamen memorabilis et fortasse vera Buecheleri coniectura:

égone plectar quód tu peccas: tuí delicti ego árguar?

V. 197. Postquam Naevii v. 19 et 43 correxi, etiam ex Ennii reliquiis diambi in senariorum exitu videntur expellendi esse. Atque huic v. 197 quamvis aliqua ab interpunctione venia petatur, tamen haud inelegans medelam haec adferri licet:

plebés in hoc regi ántistat : largé licet

laerimáre plebi, régi honeste nó n licet,

ut *large* adverbio redditum sit Euripidis illud ῥαδίως. In v. 297, qui nulla ceteroqui corruptelae suspicione tangitur, Buechelerus corrigi iubet *paritat putat* conl. Plauti Pseud. 486 et merc. 649. De alio frustulo v. 397 vide infra.

V. 201 nuperrime Vahlenus in ephem. gymn. Austr. 1871 p. 25 sq. defendit traditam scripturam

quód est ante pedes *nemo spectat*, cáeli scrutantúr plagas.

Nec negabit quisquam et Latina haec verba esse et in versu sic formari potuisse. Sed Ennius post ea, quae antecedunt, num sic locutus sit valde dubito. Nam Calchanta Achilles carpit, hunc astrologorum signa in caelo observare dicit: potuit facile hinc ad universum vatum genus irridendum transire, minus facile meo quidem sensu ita transire, ut inciperet a negatione *nemo* non addita generis, quo illud spectare vellet, significatione. Quo accedit sat grave Donati testimonium, qui ex pervulgato Achillae 'in physicum' (non in physicos) dicto quamquam glossematis aperte corrupta, sed singulari certe numero *non videt et scrutatur* laudat. Ut non tam hoc paeniteat quod inventum a Fleckeiseno *noenu* probavi, quam quod pluralem verborum flagitatum ab eodem non commutavi singulari. Quod si integra res esset, nunc scriberem

quód est ante pedes noénu spectat, caéli scrutatúr plagas. Quae apud Ciceronem nunc leguntur diorthota nescio quis fortasse antiquus videtur commentus esse. Ceterum respexit

haec verba Minucius Felix 12, 7: 'desinite *caeli plagas* et mundi fata et secreta terrae *rimari*: satis est *pro pedibus aspicere*', in quibus illud *terrae* omissum in libro Parisino ante 'secreta' inseruit Aem. Baehrens lectt. Latt. (Bonnae 1871) p. 26, *sita* fortasse post *pedibus* inserendum. *Noctuum* formam Trinummo quoque Plauti restituendam censeo in hoc v. 351:

quód habeas ne habeás, et illuc quod noénum habes,
habeás: malum *e. q. s.*

Nam pro illo NON quod Ambrosianus habet ceteri codices *nunc non* praestant, in quibus glossema frustra quaerere videtur Ritschelius.

V. 203 adlitteratione et asyndeti studio veteribus poetis in concitatore dicendi genere proprio (cf. Ennii v. 6 43 105 297 303 342) commendatur senarius hic:

quae núnc sunt abs te uíduae uastae uírgines.

Medeae exulis titulus semel a Probo, aliquotiens a Nonio laudatus vereor ut Ennii aetate factus sit, qua Graeca cognomina vel Graeci auctoris nomen (ut *Achilles Aristarchi*) addi solebant: immo ut ab altera Medea, quam *Atheniensem* Welckerus dici voluit, Corinthiam in exilium actam discerneret, grammaticus aliquis, qui Ennii fabulas recensebat, illum fecisse videtur. Unus versiculus 241 (Med. XVI) ambiguum est utram ad Medeam referatur. Interpolatus ac passim mutatus exulis Medeae textus sexti p. Chr. saeculi initio circumferebatur. Nam pro illis (209 sq.) quae Cicero legit

Argó, quia Argiui ín ea delectí uiri
 uectí petebant péllem inauratam árietis

Priscianus haec profert:

Argó, qua uecti Argíui delectí uiri
 petébant illam péllem i. a.

V. 239 initium lenissime correxit Usenerus:

ínspice hoce fácinus

Quod in superiore versu traditum est *mare* firmatur Plautinae Trinummi v. 1070 'mare terra caelum, di, vostram fidem'; item Amphitr. 1055.

V. 241 Buechelerus malit anapaestis (ut inc. inc. fab. 96. 183) metiri

utinám ne umquam, Medé, Colchis cupidó corde
pedem extétulisses

si quidem haec verbi *extetulisses* forma probari possit. Mihi trochaicorum vocabulorum in hoc versu multitudine trochaici numeri indicari videntur. Correptam in *extulisses* syllabam primam in octonario feremus. Cf. Plauti Truc. IV 2, 40 'sine experiri;' II 6, 33 'ádsun adduco tíbi exoptatum Strátophanem'; Ter. haut. 331 in septenarii exitu 'síquidem? experiundó scies.' In Trinummi septenario quidem 318 cum libri exhibeant 'quíd? exprobras bene quód fecisti?' delevit Ritschellius *quid*, nec in creticis 250 probavit 'quód ebibit' vel 'ecbibit', sed idem in octonarii exitu 'éloquar quemnam ád modum expédiant' Fleckeiseni scripturam non improbat.

V. 245 servandus erat hic ordo

hoc égo tibi dico

iambica pronominis *tibi* mensura ut in v. 362. Quod in eiusdem frusti priore versu supplendum esse conieci *mater*, post *nulla* paulo facilius *mulier* inseri posse monuit Buechelerus.

V. 248. *Cremari* voluisse pueros monstro procreatos patrem Melanippae disertis verbis testatur Dionysius Hal. Rhet. 9, 11 : *ὁ δὲ πατήρ ἠγείται ἐκ βοῶς εἶναι καὶ ὡς τέρας βούλεται κατακαῦσαι*: cur voluerit, explicavit Welckerus trag. Graec. p. 843. Ergo frustra sit qui, ne verborum ordo mutetur, verbum aliud desideret, ut fuit qui *armari iube* comminisceretur, quod ne cum fabula quidem commode conciliatur. Exemplo caret *cremitari*.

Dactylicus hexameter 251 dubitare noli quin recte tragoediae tribuatur: nam ex philosophantis Melanippae cantico sumptus est, quo illa rerum naturam enarravit; cf. Eurip. fr. 488. 491 D.

Baccheos haberi volui v. 252, sed commodiorem intellego senarii exitum esse *cum saxum scíciderit*.

Quae ex eadem tragoedia (fr. VI) Gellius laudat, Bueche-

lerus animadvertit fere integra poetae verba esse sic versibus conformanda:

uídi eas ferme féminas

íncolumi pudícitia esse, quae stata formá forent.

At me tenuitas quaedam sermonis a tali observatione deterruerat.

V. 258 fidem haec potissimum librorum scriptura *fortiterque innocium uocare aduersum aduersarios* mereri videtur. Nam ad priora relatum *fortiter* moleste abundat et *παρέλκει*. In versu autem expedita sunt prima et postrema, scrupulus et numerorum et sermonis, in quo offendas, in medio est *uocare*. Quo magis perversum quod hoc prae ceteris servare studuerunt, reliqua audacter mutare non dubitauerunt. Laudandus igitur Buechelerus, quod vera vulneris sede detecta scripsisse Ennium coniecit ‘*fortiterque innocium stare (vel instare) aduersum aduersarios*’. Quibus eandem adsecutus est sententiam, quam ipse olim flagitavi, cum ‘fortiterque aperte pugnare’ periclitarer. Sed ‘stare’ corruptela in *uocare* abiisse parum credibile. Absolvitur emendatio, si *orare* verbum proprium eis, qui causam agunt, substitueris.

In sequenti versu ne cui Acidalii coniectura *ea libertast, si qui pectus* imponat, cautum volo exemplis Plauti Asin. 323 ‘ém ista virtus est, quando usust qui malum fert fortiter’ et Terentii hec. 608 ‘istúe est sapere, qui ubi quomque opus sit animum possis flectere.’

V. 262. Ex traditis *tum tu isti credere* facilius etiam elicias *tu metuisti credere*: cf. Plauti Pseud. 304 ‘metuo credere.’ Totus igitur locus fortasse sic restituendus:

[nonne] tú metuisti crédere?

¶ tíque éxercere línguam, ut argutárier
possís — ?

V. 267. Constans in *futtile* voce primae vocalis mensura longa et adlitterationis artificium unius versiculi orbe, si fieri potest, cohibendum vocem *amici* quamvis per se aptam in suspicionem vocant, ut quae sola sit in qua possit vitium latere. Scripsi igitur *animi*, ut, cum alibi vel pendere falli

exercuari angere recreari quispiam vel incertus falsus lassus sanus aeger praestans confirmatus animi dicatur, hic *animi fortiter ferre* paulo fortasse insolentius iubeantur. Plinius, sed idem a libris remotius est quod Buechelero in mentem venit 'ut quod factum est futille *a me*, nos f. f.' Ac veniam qui petit facinoris temerarii, non ut fortiter, sed patienter ut tolerant noxam alios rogat: fortiter contra ferendum est cuius ipsi nostra culpa compotes sumus malum.

V. 280. *gratia cecitet* eodem sensu dictum esse statuo, quo apud Ciceronem ep. ad fam. I 8 extr. 'nostrum studium extabit in conveniendis magistratibus et senatoribus'; et quae sunt similia apud Ciceronem haud pauca.

V. 282. Speciosius quam verius meo iudicio Buechelerus librorum scripturam '*deum me sentit* facere pietas, civium porcet pudor' interpretatur *deum me sinit id*. Quid enim est quod in Telamonis fabula admittere deorum pietas, vetare contra pudor civium potuerit? Non dubito quin rectissime G. Hermannus statuerit Teucrum haec amicis ut cives contra regem ad arma vocaret suadentibus respondisse. Qui si quam deorum reverentiam profitebatur, certe per hos sibi licere, ut adversus patrem tumultum civilem excitaret, non poterat adfirmare. Immo *deum me vetat id f. p.* dicere debebat: cf. Plauti Pseud. 291 'pietas prohibet.' Sed fateor etiam nunc aptius mihi videri, si *senis*, quam si deorum pietas Teucrum a vi prohibebat.

V. 288 Buechelerus iambice metitur:

qui illúm di deaeque mágno mactassínt malo.

Trochaeos equidem praetuli propter accentus, cum in formula 'di deaeque' modo admittatur synizesis, modo plena valeat vocalium pronuntiatio. Exclamandi signum typòtheta neglexit.

V. 294 commemoratione digna Useneri suspicio, scripsisse Ennium *aduórsam illâ* ad illius similitudinem, quod in SCto de Bacanalibus legitur ARVORSVM EAD.

V. 295 iam non placet lacunae quod edidi supplementum '*delectat [lactat] ductat*'. Ferri possit post simplex vèrbum compositum, illud debile et inane. Non invenuste

Buechelerus *ditat* inseri iubet. Sed non minus probabile videtur quod conieci

séd me Apollo spé delectat laéta, ductat Délicus.

V. 298. De continuitate numerorum etiam G. Christius comm. de canticis Plauti (acad. Monac. 1871, 1) p. 64 cogitat.

Longius quaesita Buechelero videntur quae v. 299 sq. scripsi. Ipse Atreum vel Thyestam mortem a fratre metuentem, praecavendi consilia meditantem cum animo suo ita agere et sceleris mentionem parare statuit:

ímpetrenne fácele ab animo, ut cérnat vitalém viam?

Adigere quidem vel adducere vel excitare ingenium possumus, ut salutis viam cernat: sed quibus tandem precibus vel blanditiis impetremus ab animo sive timido sive irato, ne caecutiat? Nec ista haesitatio ac timiditas Pelopidarum quemquam in tragoedia decebat: fortius loquebantur, velut 'age anime fac quod nulla posteritas probet' (Seneca Thy. 192); 'excede, pietas' (249); 'nescio quid animus maius et solito amplius . . . tunc' (267); 'anime, quid rursus times Et ante rem subsidis? audendum est, age' (283). Cf. Accii v. 200. Quod si quis traditum in libris *facile*, quia saepe cum impetrandi verbo coniungitur, servari volet, scribat salvis numeris *ímpetrem fac fácele* e. q. s. Cf. Plauti Capt. 408 'faciam ut faciat facilius.' Quamquam non praefero eis, quae in textu edidi.

De v. 297 vide p. XXVIII, de v. 301 infra.

V. 305. Languere ante 'tanta' vocem sentio quidquid ad explendum bacchiacum tetrametrum additur, sive *meo*, ut Bentleio, sive *enim* aut *tactro*, ut Buechelero placuit: nam Seyfferti *uobis* quam nihili sit neminem facile latere potest. Ditrochaeum cum cretico in clausula habes in Plauti Amph. 237 'vícimus ví feroces' (qui cur corruptus dicatur non video), eundem post tetrametros creticos paulo post v. 247 'iúre iniustas'; et in Rudente v. 681 'nímis inepta's' et Andreas Spengelius libri de Plauto p. 152 indicavit et probavit G. Christius in comm. de canticis Plauti (acad. Monac. 1871, 1) p. 50. In Trinummi quoque cantico codicum consensu dimeter creticus cum ditrochaeo firmatur v. 258:

ápape amor, nón places, níl ted utor.

Secuntur bacchei fortasse ipsi quoque in iambicam clausulam, qualem Christius l. l. in Casinae III 5, 42 ex Ambrosiano eruit, exeuntes, si quidem obscuram et corruptam librorum memoriam sic redintegres:

quamquam illud dulcést esse et bíbere,
 amór amari *dát tamen satís quod sit aégre*:
 fugít forum, fugát *tuos* cognátos,
 fugát *ipsam sólem* ab suó contutu.

Mílle modis amor ígnorandust, procul abdendust,
 [procul *abstandumst*.

nám qui in amorem praecipitavit *e. q. s.*

Item infra v. 271 libri talem exhibent:

quámquam ibi animó labos grándis capitur.

V. 315 sqq. qui continuo ordine servari volunt, incredibilem in modum blateravisse Ennium concedant. An quid aliud est post haec ‘priusquam oppeto malam pestem’ uno versu etiam interposito in eadem sententia adnectere ‘si qui . . . mors devitari potest’? Nam apud Homerum Il. A 828 sqq. simplicia omnia et plana et sana, nec ea inter utrumque locum similitudo intercedit, qua nostri memoriam defendere liceat. Quae quomodo corrupta sit, sane varie potest explicari, vel ut librarios Ciceronis turbavisse ordinem vel hunc memoria falsum neglegenter lacinias poetae protulisse sive corruptum eius exemplar secutum esse statuas.

Exitum versus 327 *in frontem promptám gero* (cf. ad 194) mutari nolim, quia ad sententiam necessaria sunt. Vitium ergo non potest non in principio quaeri, cumque adfirmet Achilles inimicitiam se non minus manifestam quam amicitiam prae se ferre, transponenda nomina fuerunt. Buechelerus quidem senarium probat vel hunc

amíctiam atque inimíctiam in promptú gero
 (quibus celeritas, non ingenuitas adfectus significetur) vel
 amicitiam atque inimicitiam in frontem gero
 promptam

ubi adnexum sequenti versiculo ‘promptam’ infringit sententiae vigorem.

Non satis faciunt quae in v. 329 exhibui. Verrius Flaccus cum *tam* significare posse ‘tamen’ exemplo demonstrare voluerit, aliquid, quod paci obstet, ante illa *tam potis pacis potiri* praecessisse consentaneumst, ut in ceteris exemplis ab eodem collectis quod impeditenti superatur voculis ‘etsi’, ‘cum’, ‘quamquam’ infertur. Latebit tale quid in illis graviter corruptis *illae meae*, quod vide an probabiliter adsecutus sim scribendo

in belli lúmíne

tám potis pacís potiri.

V. 336. Ingeniose Buechelerus illis apud Varronem scripturis *aiar* et *aliquod* utitur, ut septenarii frustum efficiat tale:

álbicat lumén : iubarne in caélo cerno?

V. 345 sq. numeri nescio quo modo claudicant, ut fortasse eiceto priore *est* et transpositis verbis unus senarius fingendus sit :

et quis illaec, quae stolá succincta est lúgubri?

Nec difficilius est septenarium explere: *et* (vel *sét*) *quis illaec est [múlier.] quae stolá succincta est lúgubri?*

V. 352. Omnium correptae *ex* praepositionis exemplorum, quae maximam partem in Muelleri prosodia Plautina p. 311 sqq. et quantum ad Terentium pertinet a Jos. Kraussio in mus. Rhen. VIII 546 sq. collecta et tractata reperies, non tanta vis est, ut coniunctam hanc licentiam cum neglecta in sequenti quoque vocabulo *incertis* positione patienter aures tolerant. Accedit inanis ac molesta post haec ‘summarum rerum incerti’ eiusdem vocis repetitio, quam noli Plautino exemplo Poenuli v. 1157 ‘restítue certas mi ex incertis nunc opes’ defendere: nam qui incerti consilium expetunt incertos esse, antequam accepto certi fiant, quis docendus erat? Quod argumentum etiam in eum valet, qui vel *incertos* vel *ex dubiis certos* scribi velit. Consentio igitur cum Buechelero, qui corruptum illud ipsum *incertis* esse suspicatus correctorem demum *ex* addidisse statuit. Sed quod coniecit *in coéptis certos* e. q. s. paululum ita immutaverim, ut et consonantia vocum et membrorum parilitas servetur, quod sic fiet:

incépti certos cómpotesque cónsili.

V. 354. Integrum Publilii versum Ennio reddere maxime Ciceronis disputatione vetamur, qua de morte verbum nullum fit, sed eorum refutatur sententia, qui summum bonum esse docebant nihil dolere: 'non enim', inquit, 'si malum est dolor, carere eo malo satis est ad beate vivendum. hoc dixerit Ennius . . . nos beatam vitam non depulsione mali, sed ad-
eptione boni iudicemus'; in quibus delevi quod ante Ennii nomen legitur *potius*, falso inlatum ex proxime antecedenti-
bus 'interdum vel potius nimium', semel in Palatino *B*, sed perperam priore loco omissum. Apparet quadrare ad illud praeceptum Euripidis in Hecuba verba v. 627 sq. Explere versiculum, quem Cicero consulto non integrum laudavit, variis modis possis. Prae ceteris fortasse probabile

nimiúm bonist cui níl malist [cotídie.]

Minus placet

nimiúm bonist cui níl est (*vel* sit) [in uitá] mali
secundum quae felicitati nil demat malum in morte accidens.

De v. 359 sq. testimonium ex Donato repetiit artigraphus Bernensis in Hageni analectis Helveticis p. CCXXXVII.

V. 366. Nimis difficilis fui in admittenda nominis *homo* iambica mensura, quae vel Terentianis exemplis non paucis (eun. 358 haut. 77 205 731 Phorm. 123 362 adelph. 540) probatur. Ac recepit nunc in Plautinum textum Ritschelius etiam *homonis* et similia. Cf. praeterea Naevii com. 45; *homonos* Pacuvius fortasse v. 348 (*ego ódi homones*, quamquam *odi ego homines* ordo Bothianus plane redit in Plauti Amphitr. v. 328 'odi ego aurum') et Accius v. 131 (*aut infando homónne*) scripserunt.

V. 381 sq. in memoria habuisse videtur Minucius Felix 18, 6 'quando unquam *regni societas* aut cum *fide* coepit aut sine cruore desiit? omitto Persas . . et Thebanorum par, mortuam fabulam, transeo. ob pastorum et casae regnum de geminis memoria notissima est. generi et soceri bella toto orbe diffusa sunt, et tam magni imperii duos fortuna non capit.'

V. 385 sententiam Buechelerus talem inesse sibi persua-

sit: 'qui vires hauserint de victis hostibus, non ut alii de rebus minus honestis.' Mihi in mentem etiam venerat

... qui uicés de uictis sumpserint perduellibus.

Nam ut referimus reddimus exsoluimus vires, ita sumere quoque licebit.

V. 397 *genaē genam* recte traditum esse et Servii, qui palpebras intellegendas esse docet, testimonio et annalium v. 521 probatur. Ceterum diambus in exitu versus ne sit (cf. ad v. 194 adnotata), initium septenarii praefero:

ínprimit genaé genam.

V. 398 initium numerosius hoc erat:

flámmam enim e. q. s.

V. 400. Horridulum illum verborum lusum, cui in satiris grammaticas nugas tractantem indulsisse multo probabilius est quam in tragoediis, qualem re vera Ennius instituerit, cum variis modis ludere potuerit, in tanto codicum dissensu certo demonstrari vix potest. Desiderari non posse certum est dativum *quoiquam* vel ut scripsi *quiquam*, i. e. cuiquam, subiectum *quisquam*, obiectum *quicquam*: tum personarum pronomina, dativus et nominativus, separanda non sunt. Porro in *quanquam* vel *quemquam* et similibus nil probabilius quam *quomquam*, i. e. cumquam vel umquam, latere. Denique 'conveniat' verbum flagitat sibi pronomem sive quod *quisque* scriptura indicari videtur *quidque* eo sensu, quo in vetere sermone 'quisque' pro 'quisquis' usurpari solet, sive *quidquid*. Alienus a sententia vel certe minime necessarius *quiquam* instrumentalis est. Conferri potest ex Plauti Pseudulo v. 134 'quórum numquam quicquam quoiquam uenit in mentem ut recte faciat.'

V. 402 erunt fortasse qui comoediae tribuere malint.

L. Manlio Th. Mommsenus mus. Rhen. XVI 285 reddidit quae Varro de l. L. VII 16 laudavit *Latona parit* e. q. s. olim a me inter Ennii fragmenta inc. fab. XXXV recepta. Quod olim numeraveram fr. LVI Vahlenum recte in annales (v. 161) rettulisse iam in praefatione ad com. rell. p. XIX concessi. — Parum probabili commento Bergkiius symb. ad gramm. Lat. I 89 pro hexametro annalium v. 553 hoc

flamma loci postquam concussast turbine saeuo (cf. Umpfenbaehius Herm. II 368) septenarium proposuit talem:

flámma loci postquám concussa própere saeuo túrbine.
Leguntur scilicet in Vaticano codice scholiorum ad Terentii haut. II 3, 16 *concussa preturbine saeuo*.

In PACVVII v. 1^b Parisini *inbitas* scriptura ne quem perducatur *inbitas* inutiliter conicere, Diomedis lemmate cavetur.

V. 3 quod in Leidensi *B* post *truci* una littera erasa est, erit fortasse qui *trucis* nominativi formam interpretetur atque etiam *brevi* scribi velit *brevi*'. Quod tamen simplicitate et integritate sermonis repudiatur. Ablativis, ut sunt in personae descriptione sollemnes, simillimo exemplo utitur Plautus Pseud. 1218 Asin. 400 Capt. 643 merc. 640 : cf. Pac. 382.

V. 11 quod *saxi* in libris *sacsic* scriptum est nescio an non *sacsi* tantum, sed ita interpretandum sit, ut initio versus supplementum *sic* inde sumatur. L. Muelleri coniecturam Bergkii quoque anall. philoll. 1870 p. 837 repudiat.

Versuum 12 sqq. vel loci Varroniani meminerat fortasse Minucius Felix, cum haec scripsit 17, 8: 'iam providentiae quantae, ne hiems sola glacie ureret aut sola aestas ardore torreret, autumnii et veris inserere medium temperamentum, ut per vestigia sua anni revertentis occulti et innoxii transitus laberentur.' Ad haec extrema autem conferri potest Varii v. 6 sq. Miror vero Hermannum Peterum, qui in historicorum Romanorum reliquiis I p. 194 inter Q. Lutatii Catuli fragmenta (n. 10) receperit verba, quae dubitari non possit quin Pacuvii sint. Nam comparatis ceteris testimoniis, quae neglexit, liquido apparet quod in Mediceo Varronis legitur *catullus* corrigendum esse *Pacuvius*.

V. 26 *re apse* separatim exprimendum erat ut v. 374: nam *reque apse* (sic enim codex habet) Scipionem Africanum dixisse Festus p. 286 testatur. Apud Lucretium tamen II 658 'vera re tamen ipse' legitur, non 'apse'. Sed ipse nominativus *apse* nescio an Plauto reddendus sit, siquidem in

Rud. 468 'nam haec litteratast: eapse cantat quonia sit' *CD* praebent *ab se*. Redit eadem scriptura in militis v. 940, in Men. 180, in Truculento IV 3, 78, quamquam hoc ultimo loco versui non satis facit. Nam in Menaechnis hiatus in septenarii diaeresi frequentem, praesertim in gravi interpunctione et exclamatione, tolerabimus: 'máne mane, obsecro, hérele: apse eeam éxit' e. q. s. Ceterum cf. Ritschelii nov. exc. Plaut. I 52. Quadrat ad hanc scripturam Labbaei glossa '*as αὐτάς*'.

V. 30 expleri potest septenarius:

díce [mi] quid fáciam *uel* díce, quid [uis] fáciam e. q. s.

Eadem imperativi forma Naevius v. 63 usus est et Accius, ut conieci, praet. 12. Incipere versum ab imperativo in Leid. 116 indicatum est initiali littera, quae solet eo consilio etiam mediis in exemplis usurpari, quamvis nec constanter nec recte ubique. Exempla ut adferam, v. 131 sq. *Nunc . . . fecisti* ut septenarius exhibetur; Accii v. 77 pro integro infertur *Scd.*

V. 32 de interrogandis captivis Troianis consilium Nestor dedit: eius igitur nomine Agamemno in responso sic uti potuit:

et aécum et rectum est, [*Néstor*], quod tu póstulas sive *hoc quod postulas* mavis. Cum hoc et cum Ennii v. 161 conferenda Plauti verba in Stichó 422 'et ius et accum postulas.'

V. 35 iambicum octonarium praetuli trochaico septenario, quem Buechelerus commendavit.

V. 41 sq. Traditum *quisne* Buechelerus servare conatur Menelao, ut puto, hunc tribuens senarium: *pro império agendum est. quis vetat? quisne áttolat?* ut quasi altercando rex suum ipse imperium confirmet hac fere sententia: 'rogas quis vetet? ego rex veto. iam quis ausit attollere?' Parum haec regiam maiestatem meo quidem sensu spirant. Ac primum non credo imperatoris esse illa *pro imperio agendum est*. Quamquam similis esse videri potest Getae in Terentii Phormione v. 196 vox, qua imperiosa Phaedriae adlocutio 'sta ilico' carpitur 'satis pro imperio, quisquis es.' Sed Atridamne ipsum imperii atrocitatem professum esse? immo minister

eius, qui ut parerent Achivi iussis curare debebat, sic locutus est: agendum mihi prout imperatum est. Cf. Plauti Trin. 303 'pro imperio tuo Méum animum tibi servitatem servire aequom censui.' Amphitr. 21 'pro imperio vobis quod dictum foret Scibát facturos.' Quod si ita se habet, sequentia aut, ut custodi corporis dari possint, cum Hermanno scribenda sunt *qui uctat*, aut alii tribuenda, qui cum nondum sat clare regum de non sepeliendo Aiakis cadavere edictum ille pronuntiaverit, cum indignatione quaerat, quis tandem audeat vetare. Nam ille pronomini *quis* usus, quem in prisco sermone notavit R. Schoellius (legis XII tabularum rell. p. 75), plane a nostro loco alienus est, quoniam in illius exemplis omnibus non tam relativa quam interrogativae notionis ea species regnat, cui 'quisquis' vel 'si quis' substitui possit. Iam interroganti illi sive Teucro sive Tecmessae potuit custos sane acerbius reponere *quisne attolat?* dedignatus scilicet respondere. Quem tamen non coniunctivo, sed aut indicativo aut futuro uti par erat. Itaque Tecmessam vel amicum Teuceri interrogare conieci: 'quis vetat quin corpus Aiakis attollat frater eius?' Quamquam non tam attollendi, quam curandi condendi sepeliendi verbum expectes: sed fortasse repetitum illud ex ministri oratione acumen quoddam habuit. Ceterum *attolat* quod Buechelerum secutus scripsi prope paenitet. Confudit enim Nonius duo verba, *attulat* aoristum adferendi notione usurpatum a Pacuvio v. 228 et Novio v. 87, et alterum quod est erigere levare: hoc autem *attollat* dicitur. Ergo aut in sequentis versus initium *quí ne attollat* transferendum aut *abstulat* audendum, quod ipsum quoque ad nostri loci sententiam quadrat.

Versum 53 ad Naevii v. 43 p. XIII tetigi.

V. 54. Conlato ex Terentii ad hecyrám prologo priore v. 4 'ita populus studio stupidus' Usenerus hic quoque *studio stupida* commendat.

V. 93 talem nunc ederem:

máter terrást : párit haec corpus, ánimam
[autem aeter ádiugat.

V. 94. Nondum absoluta de scriptura et de mensura vocis *promunturium* quaestio est. Nam post Turnebum cum Fleckeisenus in L titulis p. 25 unice veram *promuntōrium* formam esse contendisset comparato *lugurium* vocabulo, *promuntorium* Fr. Ritter mus. Rhen. XVII 108 defendit, sed ineptis exemplis. Quo prudentius disseruit Corssen additam. critt. 80 sq., qui ut *promontorium* tueretur, contulit 'territorium, portorium, tectorium, tentorium.' Idem demonstravit eiusdem radicis esse *minere mons promontorium* : cf. eiusdem de pronunt. II² 178 sq. Rusticam esse formam in *u* etiam Schuchardtus de voc. II 119 sq. III 204 censuit. Praeterea acriter Fleckeisenum impugnavit Bergkius ind. lectt. Halens. 1863/4 p. V et Philol. XXVIII 461, cui respondit Brambachius mus. Rhen. XXIV 536 sq. Mensuram quidem duo soli sunt versiculi qui indicent: Ovidii metam. XV 709 'inde legit Capreas promunturiumque Minervae'; et Lucilii apud Servium Aen. I 244 : '(et) promunturium remis superamus Minervae.' Sic enim nuper etiam C. M. Francken Coni. crit. in Lucil. I p. 11 scripsit, qui tamen formam ipsam parum feliciter defendit. Cf. praeterea Bouterwekii quaestt. Lucil. p. 8. Illis igitur locis cum natura brevem *u* vocalem firmari sibi persuasisset Fleckeisenus, synizesin admissam esse cum aliis statuit Bergkius. Ac fateor similitudinem vocabulorum a Corsseno conlatorum mihi quoque talem videri, ut probem *promontōrium* formam, quae ruris et vulgi ore in *u* vocales abierit item ut Septimuntio Muntanus Tripuntio pontifex. Ergo Pacuvius, nisi synizesi ut Lucilium usum esse statuamus in tali versu

'Idae promontōrium, quoius língua in altum próicit
quinque vocabuli syllabas aut in exitu senarii sic potuit
collocare:

'Idae promontōrium,

quoius língua in a. p.

aut in octonario iambico hoc:

Idái (sive in 'Idae) promontōrium, quoius l. in a. p.

V. 96 paulo etiam propius a librorum memoria (*in*

summis dein hominis) absit, si scribamus: e summisque in omnis.

V. 105 in narratione probabile est indicativum praeteriti positum fuisse: *simul eúm uidebam.*

V. 112. Pacuvii verba vel ipse Lucilius satirae inmiscuisse vel librarius huic supposuisse potest: sed Ciceronis de finibus libris quo errore eadem adscripta sint obscurum est, neque explanavit qui nuperrime tetigit C. M. Francken Coni. crit. II p. 31. Ceterum memorabilis Nonii Leidensis 116 scriptura: *idem chrysace. Di*, qua sat illustratur quam facile Chrysaë et Eurysacis tituli confundi potuerint.

Ad v. 118 comparetur Epidici Plautinae v. 249 'nam ille quidem aut iam hic aderit, credo hercle, aut iam adest', quo non ita uti velim, ut duriusculum initium *aut ádest hic* commendem. Sed carere cum possimus repetito *hic*, fortasse scripsit Pacuvius:

aut híc adest aut ádfore actutum aútumo.

Inseri *iam* quoque post 'hic' possit.

V. 129 *factum* legere mihi visus sum in Leidensi 116.

V. 143 *mihi*, ut in libris extat, legisse suspiceris qui in Bernensis codicis n. 224 glossario primo notavit '*puđet mihi. uerecundia est mihi*', sumpta ex eodem fonte, ni fallor, unde Nonius sua habet '*puđet enim uerecundiae est.*' Certe structuram illam multo facilius tolerabo quam frigide atque inepte insertam lamentationem '*ei mihi.*'

V. 148 paulo probabilius quam *te nisi* ex librorum scriptura *tunc si* elicitur *te, nesi.*

V. 153. Ad similitudinem loci Plautini in Captivis 931 sqq. 'fecisti ut tibi, Phílocrates, numquám referre grátiam possím satis, Proinde ut tu proméritu's de me et fílio' proxime accedit Grotii ratio, quae supplementum admittit tale:

[proinde] ut ista súnť promerita uéstra *e. q. s.*

Cf. praeterea Plauti Most. 214 'numquam égo illi possum gratiam referre ut meritust de me.'

P. 96. Apud Nonium p. 345, 1 excidisse Varronis ex Agathone satura frustum et nomen Pacuvii coniecerat Naekius; sed quoniam infra *idem*, Varro sc., laudatur, Pacuvii verba

interposita fuisse nequeunt. Itaque Dulorestem quoque saturam Varronis fuisse statueram. Contra Buechelerus mus. Rhen. XX 403 in Agathone Dulorestis Pacuvianaе mentionem factam esse monuit, quod non nego, tamen ut verborum, quae ariolando proposuit, ‘caedis piaculum ipsum deum parem cum| Duloreste qui meritat, hominem et servum facit’ equidem nec structuram nec sensum adsequar. Nimirum Apollinem, qui apud Admetum caedis piandae causa meruit, cum Oreste Pacuviano matris interfectore componi potuisse dicit vir amicissimus infelici, ut opinor, comparatione. Vanas vilesque sunt Popmae, qui pro *Duloreste* scripsit *δοῦλος ἕρως ἐστί*, et Duebneri (*δουλοπρεπέστερον*) et quem Riesius p. 95 secutus est Oehlerii (*δουλοπρεπῶς*) coniecturae. In ipsis fragmenti verbis *qui meritat* Faber, *se pro et Naekius; qui meret homo, se servum facit* apud Mercerum vir doctus coniecit. Scribendum igitur videtur:

. . qui meret, ex hómine se seruúm facit
nisi potius septenarius fuit
quí meret, ex hómine libero hómīnem se seruúm facit.

V. 182. Cretica verbi *fieri* ut v. 180 mensura mutato ordine efficitur:

[eam] fieri Tundáreo contuméliam

V. 186. In Nonio Leidensi n. 116 *chypeaturaccium* legitur: scriptum igitur *bracchium* fuerat *uraccium*.

V. 191 sqq. *reptialis Liber* si re vera scripsit Pacuvius, non cum Buechelero vinum intellego, quo lacte materno depulsus infans apud Thraces imbutus sit (quo enim iure talis mutatio *reptialis Liber* diceretur?), sed ipsum lactis nutrimentum, quod in matris vicem Iliona fratri pusillo sua scilicet mamma praebebat. Nam lactis quoque auctor Bacchus fuit, cuius rei memor Horatius carm. II 19, 9 cecinit:

fas pervicaces est mihi Thyiadas
viniq̄ue fontem, *lactis et uberes*
cantare rivos atque truncis
lapsa cavis iterare mella.

Cf. praeterea Euripidis Bacch. 699 sqq. Initio sententiae

integritas flagitat haec fere *a matris modo Depulsam mamma*, sed talis versus 191 exitus miseris codicis reliquiis *abeo* sane non firmatur.

V. 200 forma *sireis* etiam in Plauti Trin. 521 indicari videtur librorum *BCD* scriptura *sciris*.

Ad v. 205 figuram sat similem conferre possis ex Captivis Plauti v. 921 'aut iam nihil est aut iam nihil erit.' (cf. ad v. 118 adn.) Non tamen probabile *tam* ut extat in libris corruptum esse ex *aut* planissima vocula. Scribendum erat:

profécto haut inibi est: iám iam potiuntúr Frugum.

Non mox futurum, sed iam iam factum esse Troiae excidium narrat. Ciceronis quidem Phil. XIV 2, 5 verba 'quod sperare nos quidem debemus, patres conscripti, aut inibi esse aut iam esse confectum' nil probant nisi opposita esse *inibi* et *iam*, quod in utramque rationem quadrat. Ceterum cf. ad Ennii v. 8 adnotata p. XVI.

V. 209. Abhorret vocativus *Trax* ab huius sermonis colore; codicis vestigia *oculis traxerim* sat presse haec secuntur: *oculís Tracci eruim [aciem]*.

De v. 229 infra disputabo.

Ad v. 235 exemplum adde Plauti Poen. 1041 'namque haud repudio hospitium.'

V. 239 mutilatum anonymus Bernensis Hageni (anal. Helv. p. 138) ex Pompeio exscripsit talem: *quis tu es mulier qui me hoc nuncupasti nomine?*

V. 244 nescio quo calami lapsu commisi, ut et in Gellii et in Pacuvii verbis non *fuluum* pulverem, sed *flauum* legatur: *furuum* quod prae ceteris expectes noluit altus et suavis poeta ponere, ne sordes fastidium moverent. De *lumpis* infra dixi.

Cum v. 248 cf. Plauti Pseud. 1020 'ne málus item erga mé sit, ut illum ergá fui.'

V. 252. Priscianum excerpsit anonymus Bernensis in Hageni analectis Helveticis p. 102: 'Pacuvius: *in scrupulosam specum*.

V. 261 ad Ennii v. 91 p. XXI tetigi.

V. 274 sq. Non omni dubitatione caret Lachmanni con-

iectura, qua et hic *aegrore* et apud Accium v. 349 *aegror* pro *errore* mutatum est. Certe nostris non admodum dissimilia sunt Palaestrae in Rudente Plauti 216 ‘álgor error pavor mémbra mi omnia tenent.’ Minus quadrat mereat. 25. Praeterea in v. 274 exitu traditum *tali* haud improbabiler in vetere exemplari correctum est *tabe*, nisi quod praestat fortasse *tabi* ablativus, ut *labi sordi* apud Lucretium V 930 VI 1271, quamquam *tabe* producta *e* apud eundem I 806 testatur Priscianus. Tabes ipsa quam bene ad loci nostri colorem quadret, docet parasiti in Captivis querella v. 133 ‘qui tuo maerore maceror, Macéscó, consenesco et tabesco miser.’

V. 283 obscura illa *ut dederit* cum in Urbinate *ut dederat* scribantur, integram et planam sententiam sic recuperabimus:

gnate, órđinem omnem, ut rés erat, enodá patri.

V. 285 ne quis erret, *subito* item ut *modo* referendum est ad *enatumst*.

V. 286 *offeras* quod in libris extat dubium est utrum *offeras* an *offeras* corrigendum sit. Nam et affertur et offertur mors: cf. Cic. in Verr. V 45, 118 ‘ut uno ictu securis adferam mortem filio tuo’; de divin. II 29, 62 ‘emissio feminae anguis mortem adferebat Ti. Graccho’; contra pro Sestio 21, 48 ‘eadem sibi manu vitam exhausisse, qua mortem saepe hostibus obtulisset’; epist. ad fam. IV 12, 2 ‘inventus est amicus qui ei mortem offerret’. Adferre sibi salutem studiorum solacia Cicero ad fam. IV 3, 3 profitetur. Apud Terentium in Phormione v. 553 est ‘vide si quid opis potes adferre huic’ et in adelphis v. 300 ‘nunc illud est, quom, si omnia omnes sua consilia conferant Atque huic malo salutem quaerant, auxili nil adferant.’ Ergo consilio aptius *adferri* vel *salus* vel *exitium* videtur quam quod impetus maxime vim spectare dixeris *obferri*. Nam etiam apud Accium v. 360 qui dicitur haut dubitavisse ‘vitam offerre’ nec capiti pepercisse, suo ipse periculo in summo rerum discrimine (‘re dubia’) civitatem servaverat.

V. 294 libri habent *horrescit et gliscit*, quo ad explendum octonarium uti possis:

sed nescio quidnam est : animi horrescit, ét [tamen]
[gliscit gaúdium.

Qualis affectuum ambiguitas in tragoedia vel subito inter ipsam laetitiam imminentis periculi metu vel dira inimici ultione (cf. v. 286) excitari poterat; indicatur autem insolitus quidam sensus admirationis formula 'sed nescio quidnam est.' Utique audaciorem Buecheleri coniecturam esse iudico *horrescit* glossemate *crescit* prave iterato natum, poetae autem senarium esse: *sed nescio quidnam est: animi* (vel *iám mihi*) *gliscit gaúdium*.

V. 295 *aeternum humanum* volui esse deorum hominumque: *humanos* Lucretius III 80. 837 et Varro in saturis p. 165, 5 R. dixerunt homines; 'humano maior' Ovidius fast. III 501, alios ut mittam. Simili Iovis appellatione usus est Plautus in Amphitruone v. 1121 'summus imperator divom atque hominum Iuppiter.'

V. 306 *irae* quod in Leid. n. 116 extat potest verum esse: cf. Plauti Rud. 247 'ut me omnium iam laborum levas.'

In v. 307 post *varium* comma ponendum.

V. 311 *tiasantem* a Graeco *διάσαι, χορεῦσαι* (Hesych.) factum esse non monerem, nisi pessima nuper coniectura vexatum esset.

V. 314 ut *inculta vastitudine* Pacuvius, ita 'neglecta, immunda inlue' Terentius haut. 295.

V. 315 *defessus perrogitando* dictum est ut in Plauti Amphitr. v. 1014 'sum defessus quaeritando.'

Cum v. 336 dignus est qui conferatur Plautinus ex Amphitryone v. 1062 'strepitús crepitus sonitus tonitrus'.

V. 338 praeterii quod L. Quicherat in libro, quo 'addenda lexicis latinis' collegit, p. 51 *conficite canunt* in extremo septenario scribi voluit. Idem apud Accium v. 238 *acricrepantes melos* probat.

De v. 348 ad Ennii v. 366 p. XXXVI dixi.

V. 343 *naturam dico* librorum scriptura verissime a Mercero correctá *natum ab dico* (cf. v. 55) sic constituendus erat:

té repudio nec recipio : nátum [meum] ab dico : í facesse!

V. 354 *me* om. Leid. 116, quo senarius oritur talis : *ah! cépisti istoc* e. q. s.

V. 359 Causa idonea non erat, cur pro his *iniecto terrore mortis* Pacuvium aliis nescio quibus verborum ambagibus usum fuisse Madvico crederem, nec pronomine *sibi* languido omnino opus est, si hunc ordinem constituamus:

mórtis iniectó terrore horréscunt.

V. 365². Compositorum *simul una* adverbiorum exempla habes Plauti Poen. 544 sq. et Terentii haut. 907; *una simul* hoc ordine in Pseud. 410 Most. 1037 Poen. 1135 legitur: *ergo igitur* in Trinummo et v. 756 cum Palatinis, ubi *A* solum *igitur* habet, et v. 818 coniectura scripsit Ritschelinus; cf. Handii Tursell. II 465.

V. 366—375. Adeo secat hic locus in codicibus interpolamentis, ut fuisse qui etiam versiculos interpretationis causa proeudere auderet mirum non sit. Qui quali disputationis finem exornare voluerit, utrum hoc:

naúfragio nempe. érgo id factum fórté, haut fortuna óbtigit an illo:

naúfragio nempe. érgo id factum haut fórté fortuna óbtigit dubitari potest. Sed conclusio ipsa tam omni iudicii acumine destituta tanque puerilis est, ut Pacuvio, quamvis mediocris philosophus fuerit, plane indigna esse videatur. Et Cornificius quoque ubi refutat infirmam poetae rationem, non quod naufragium temeritati potius quam Fortunae tribuitur vituperat, sed quod ex rege mendicus fieri non potuisse Orestes statuitur nisi mero casu. Videtur autem ille subitam maxime et improvisam nec ullo modo praeparatam rerum mutationem ab omni consilio vel numine divino alienam habuisse.

De v. 377 infra dicam.

V. 379 sq. sana sententia non nimis audacter haec ex corruptelis codicis elici posse videtur:

máchinam ordirís nouam:

mánticulata astu étiam sancta iúra iuranda ádicis sive interrogari sic mavis:

mánticulata astu ánne s. i. i. ádicis?

In codicis scriptura *an sanctiora* antea latere putabam *etiam deorum*, sed facilius *sancta iura* in *sanctiora* abire potuit. Quia autem suo loco *iuranda* addere librarius neglexerat, in fine sententiae integrum *iura iuranda* adposuit.

V. 382 *fronte* utrum masculino, ut librorum scriptura indicatur, an, ut testari videtur ipse grammaticus, feminino genere usurpaverit Pacuvius ambigua res est. Inmisceri isto modo feminini generis exemplum non potuit, nisi secundis curis inventum, in margine adpositum et postea non suo loco insertum esse statuatur. Ceterum iratum barbarum similibus coloribus depinxit Apuleius metam. IX 21 'vultu turgido subductisque superciliis incedit iratus.'

V. 383. Luciliana verba C. M. Francken in Coni. criticis nuperrimis II p. 32 ad auditoris taedium longa et artificiosa prologi expositione motum referri vult. Sed tristis vix est qui impatiens morae ambages et tricas aversatur.

V. 385 ne acephalum esse querantur, supplementum trochaei ab initio *eia* vel *agite* sibi habeant.

V. 398. Auctoritate C. Caesaris usus Gellius XIX 8 praecipit *quadrigas*, etiamsi unus currus sit, plurativo semper nomine dicendas esse, 'quoniam quattuor simul equi iuncti . . . quasi *quadriugae* vocantur.' Perquisitis autem veterum scriptorum, oratorum maxime et poetarum libris unum dumtaxat in Varronis satura (p. 118, 6 R.) *quadrigae* numero singulari dictae exemplum repperisse se vel ipse vel auctor eius narrat. Vnde gravis sane oritur dubitatio, num Pacuvius vere *quadriga* atque adeo prorsus insolita compositione *axe quadriga* scripserit. Immo comparato Ennii 'curru *quadriugo*' v. 92 facile in senarium hunc incidimus:

[Medéa] uolueri cúrrit axe quádriiuga.

V. 408. Pacuviani *repandirostrum* meminisse Lucilium V 19 his 'lascivire pecus nasi rostrique repandum' iam ante C. M. Franckenum Coni. crit. (1871) p. 33 monuit Franciscus Dousa.

Sálaciae v. 418 mensuram ad Ennii v. 18 p. XVII indicavi.

Versus 426 sententiam Plautus etiam in mercatoris v. 512 reddidit: 'quasi dicas nullam mulierem bonam esse.'

P. 136. Glossae *applar* testimoniis addi potest altera ex Labbaei glossario notatio '*αρναδες θηρίκλειον ἔστιν γένος ἀργυρώματος*', quod cum Scaliger *applares* corrigi iusserit, Graeca interpretatione probabilius fit *aplare* fuisse.

Quod in prosodiae Plautinae p. 357 adn. quaerit CFW Mueller, unde Gesnerus et Forcellinius Paenivii, si displicet, verba *adco incoxanti mihi pes obstupuerat* habeant, non difficile erat reperire, si Perotti Cornu Copiae p. 610 evolvisset, cuius qualis sit fides doctum neminem fugit.

Attium et debebam et volebam ACCIVM scribere. Nam hoc fuisse poetae nostri nomen fidem facit cum frequentia, immo constantia huius potissimum scripturae in testimoniis, tum Pisaurensium titulorum auctoritas, ubi Accii apparent, maximi illa momenti, si probabiliter statuitur Accianum (nam sic apud Hieronymum dicitur) fundum, qui iuxta Pisaurum fuit, a patre poetae colono possessum et filio traditum fuisse.

V. 10 *me* pronominis supplemento carere qui volet, transponere verba cum Usenero poterit:

clássis in salum tráhere et uela uéntorum a. i.

Non probo quod Buechelerus coniecit

clássis trahere in sálum et habenas uéntorum a. i.

non immitti, sed committi ventis vela, ventos autem velis proprie immitti monens. Sed navis si passis velis in mare atque in ventos mitti recte dicitur, quidni vela quoque currentis vehiculi immitti auris in paulo exquisitiore sermone feramus? Certe *vela uentorum* adlitteratio ne utiquam expelli debet.

V. 19 *quale* in Leid. 116 interpretari licet *qualei*.

V. 23 sq. sententiam cum advocatorum in Plauti Poenulo praeceptis comparare iuvat v. 513 'líberos homines per urbem modico magis est par gradu Tre : servile esse duco festinan-

tem currere : Praesertim in re populi placida atque interfectis hostibus *Nón decet* tumultuari.’

V. 25 sq. lemma in Leidensi 116 tale extat : *Flagescere, flangi.*

V. 30 sq. *Gaudet* recte facere qui libenter et ex animo recte facere studet, *pigret* male facere qui invitus et coactus illam consuetudinem relinquit. Non est igitur cur gaudendi verbum, quasi alteri non contrarium sit, mutetur. Dubitari de ipsa sententia potest, quae qualem in textu posui minime omni ex parte vera est, immo verior contraria erat:

non omnes gaudent facere recte, male pigrent.

At enim nescimus, utrum certo fabulae loco personae loquentis moribus et consilio aptius fuerit.

V. 34 sq. nolui sacrorum verbum *incohatum* turbare. Nam ut Aeneas apud Vergilium Aen. VI 252 ‘nocturnas incohat aras,’ h. e. extruit atque incendit, sic fulmen quasi focum in pectore inpositum flammam excitare excitatamque ostendere intellego. Faciliora omnia essent, si *inculcatum* fidem haberet.

V. 43 sq. septenarii tales

inimicitias Pélopidarum extinctas fama oblitteras
mémoria renouáre

quos institui posse Buechelerus monuit, ne ipsi quidem satis placuerunt. Ceterum idem si extinctas *fama* inimicitias dici voluit, famam quidem rei tempore et silentio extinguui scio, sed fama res circumferuntur vulgantur traduntur, extinguuntur numquam; si *fama oblitteras* coniunxit, claudicat et abundat *memoria* : nam re, non memoria tantum renovari inimicitias queritur ille in tragoedia.

V. 50 *profer* ad Terentianae Phormionis v. 395 exemplum scripsi: ‘progéniam vostram usque ab avo atque atavo proferens.’

Ad v. 60 praeter *répëntino* mensuram formae *repetino* mentionem facere volui, ubi *repenino* typosetae peccato legitur.

V. 64 sq. amicus quidam doctissimus idemque aures tersissimus monuit servato verborum ordine sat commode sic currere:

qui dúcat, eum te uíderit socerúm, generibus tántam esse ímpietatem?

Quae probarem, nisi Bentley ad Cic. Tusc. I 44 praeceptum de non usurpatis in tragoedia septenariis iambicis vetaret. Quamquam in hac nostra reliquiarum penuria excusandus erit qui sensus iudicio magis quam normae certo argumento destitutae severitati parere animum induxerit.

Initio versus 81 duram utique correptionem *sed angústitate* vitare possumus, si voculam *sed*, id quod ipsis verbis etiam commendari videtur, non ut particulam, sed ut pronominis accusativum interpretamur, septenarium autem inserto quem concinnitas tantum non flagitat ablativo ante ‘squalidam’ sic explemus:

séd angustitáte inclusam sáxi, [situ] squálidam

V. 92 non posthabenda erat Festi scriptura plenior *cedo ecquid te*, qua initium septenarii hoc efficitur:

cédo : ecquid ei redhóstis?

Nam corripí interdum pronominis *ecquis* priorem syllabam sat multis probatur exemplis a Muellero prosod. Plaut. p. 296. 424 sq. collectis, ac nuperrime Ritschelius Trinummi versum 870 hunc edidit:

áperite hoc, aperíte. heus, ecquis his fóribus tutelám gerit?

Item apud Accium v. 231 initio septenarii ‘écquis hoc animaduórtet’ legimus. Ceterum hic quibusdam Ciceronis libris non *ecquis*, sed *equis* traditur, quam ipsam formam me alibi quoque in glossario nescio quo repperisse memini; et in Truculento II 6, 6 ‘équid amas me?’ Veteris auctoritate firmatur. Quadrat eodem *equando* forma in Parisino glossario. Quidni igitur composita cum simplici interiectione *e*, qualis in *equidem* adverbio semper servata est, *equis equid equando* in usu fuisse ibique in versu locum habuisse statuamus, ubi brevis syllaba numeris flagitatur? Cf. symbolas meas p. 41. 42. Eadem causa est glossae, quae apud Labbaeum extat, ‘*sed ecum*, ἔπιθε’, quod item servavit Veteris librarius, secundum quem in Truculento V 25 ‘séd *ecam* video’ legendum est. Et in Trinummi v. 622 consensu bonorum librorum

tradi video 'séd generum nostrum íre *ecillum* vídeo cum adfiní suo', ubi ne exclusa quidem erat longa syllaba.

Ceterum de argumento *Amphitruonis* fabulae haud difficile graves mihi quoque dubitationes ortas esse, postquam lecta Adolphi Schoellii disputatione, quae Trachiniarum tragoediae ab ipso in nostrum sermonem versae adiuncta est p. 256 sqq., integram quaestionem denuo pertractavi. De qua quid probabiliter statui possit in libro, quo singulas Romanorum tragoedias enarrabo, accuratius exponendum erit. Hic interim monebo, *Comaetus* certe nomen in v. 92 coniectura a me receptum Festi multo minus quam Nonii memoria niti, cum tamen illius, ut quem initium saltem frusti et plenius et rectius exhibere certum sit, reliquis quoque in rebus pluris aestimari auctoritatem par sit. Quamquam mediis versus apertum ulcus persanare nondum contigit; cuius initium utriusque testis indicibus tale fere: *cédo equid ei redhóstit* (an *redhostis*?). *cur* (vel *ut*) *nim*, exitus hic: *obbitet facilius* sat firmatur. Obscura manent media *cum eassem* secundum Festum, *cometem* secundum Nonium.

V. 96 *quo* etiam Leid. 116 habet.

V. 102 *tulat* in fine versus collocandum, *operam* autem e compagine verborum aliquo modo exemptum aut a grammatico additum esse statuens Buechelerus haec

. . . nisi quid facultas tua nobis tulat
proposuit, elumbia meo sensu et frigida atque adeo inania et manca. Nec magis placent ista *nisi quid tua facultas nobis operam confestim tulat* : ne satis Latina quidem esse credo. Ceterum pro illo *quid* erit fortasse qui ablativum *qui* flagitet.

V. 124 *namque huce uenio* Usenerus coniecit.

De v. 131 vide quae ad Ennii v. 366 adnotavi p. XXXVI.

V. 138 sq. *facili opera senarium efficere poteram*

attát, nisi me feféllit in *obitú sonus*

sed cum nec *fallit* nec *sonitus* mutandi alia causa idonea, canticum autem vigilum fuisse etiam fragmento IV certum sit, anapaestos teneo.

V. 154 sq. in Leidensi 116, qui raro differt a Bamber-

gensi, corrupta sic leguntur: *anxietudo acerua tibi cuncta consiliorũ ratio et fortunae sit.*

Idem in v. 158 habet *atq. atuorabili.* Apud Ammianum quoque Marcellinum XIV 3, 1 videtur restituendum esse 'ferocissimas gentes, quae mente quadam *adversabili* hostiliter eum saepe incessunt', ubi in codice *uersabili* legitur.

V. 161. Perperam inlato aliunde *ocule* illo adiectivum, quod *noxietudo* sibi deposcit, expulsus est: et versui et sententiae satis facit *mutua* in fine versus addendum. Nam languet quae Buechelero placuit caelicolarum invocatio in re, quae humana prudentia ac modestia, non deorum benignitate perpetranda erat.

Nihil in restituendis versibus 171—173 certius visum est quam verborum coniunctivos *desisset* et *arceret*, qui se invicem tuentur, servandos et quasi pro fundamento habendos esse. Praeclare praeterea *Calchas* nomen Mercerus eruit: in illo *regionum* autem iam Is. Vossius multo dignior laude videtur quod *religionum* agnovit, quam qui *legionum . . exercitum* inepta sermonis abundantia molestum nuper commentus est.

V. 194 Buechelerus senarium fuisse arbitratur

beneficiis gratum hospitium peperisti ét graue.

At 'graue hospitium' pro firmo et solido quis dixerit scire velim. Beneficium sic appellari et v. 487 docet et Plauti in Persa v. 675 'si quid bonis Boni fit, esse idem et grave et gratum solet.'

Statium, cuius de Atreo tragoediae (Atr. fr. 1^o) in scholiis ad Ovidii Ibin laudantur, non Accium, sed *Senecam* Buechelerus intellegi vult conl. eius Thyeste v. 776 : sed eandem et hic et ille fabulam tractavit.

V. 212 *calim Thyestem* Usenerus scribi iussit. Ac verum est et frigere *quondam* nec librorum auctoritate satis firmari, quorum corruptelae omnes fere conspirant in commendanda Leidensis *A* scriptura *quem clam*. Quid? quod habet *clam . . clepere* quo placeat adlitterationis lenocinium, quo tamen ipso *calim* cum careat, parum probabile est. Restat vero *quem*, quod plane delere temerarium est : deletis *qu* litteris, quae

ex sequentis versus initio *qua* huc translatae esse possunt, restat *em*, i. e. eum, quo agni pretiosi commemoratio graviter effertur. Distinguenda igitur sic est oratio:

adde húc, quod mihi portento caelestum pater
prodígium misit, regni stabilimen mei,

agnum ínter pecudes aurea clarum coma,

em clám Thyestem clepere ausum esse e regia *e. q. s.*

Nota scilicet est diligentia sermonis, qua *is* vel *ille* pronomen veteres addere solebant; et possunt exemplis ab Holtzio in syntaxi prisc. scriptt. I 357 sq. compositis addi sat multa, velut Plauti Trin. 328.

V. 239. Non laudanda tantum, sed in textum confidenter recipienda erat Scriverii coniectura *thyrsos*, vel quod ipsis litteris indicatur *tirsos*. Sic in Senecae Oedipo v. 641 Agaue loqui fertur: 'vibrate thyrsos.' Cf. etiam Herc. fur. 476.

V. 245. Haud displicet Useneri coniectura

quia néque *vetustas moris* neque grandaevitas
quamquam eodem redire sentio *ἐν διὰ δυοῖν neque vetustas
neque mos*, i. e. annorum vetustate sanctus mos. Cf. 624.

V. 246. Mira locutione *inrigare* genas lanugo dicitur, ut somnus membra. Dici quidem Graece potuit fortasse *ὑγρὸν ἄνθος λούλου*, vel Latine 'mollis lanugo', tamen lanugine genae molles non fiunt multoque minus liquidae fluidae inriguae. Ergo nisi forte molli flexu rivi modo serpendi notionem inferre licet, *implicat* scribamus, ut floribus ramo sertis auro implicantur crines. Caput implicari ornamento Afranius v. 18 dixit.

V. 252. Ipse repudiavit Buechelerus quae in mentem venerant

praesens praesto tórpidis

nobís stupore sese ultro ostentum obtulit.

V. 255 *viden ut* Usenerus.

V. 275. Durius versus initium neque hic neque alibi emollire volui remota quae cum sequentibus artissime cohaeret vocula *ita* in antecedentis exitum.

V. 279 lenissimo remedio sanatur, si scribitur

linguám praepediar, gráte puer: ne atténderis *e. q. s.*

Nam ne potentialem quidem *praepediar*, scil. si eloqui velim, est cur mutemus. Adlocutio autem *grate puer* non magis offendit quam Gracchi v. 1 'grata cardo' vel Vergilii 'gratis-sima coniunx' et similia.

V. 297 *antiquam* nuper contra L. Muellerum defendit Bergkianus anall. philoll. 1870 p. 836.

V. 302 violentius Buechelerus eiecto *camo* ad senarii modos constrinxit:

quid cesso ire ad eam? em praesto est : em (*vel iam*)
|collum grauem.

V. 304. Comparatis exemplis his : Pacuvii v. 16 'nonne hinc uos propere a stabulis amolimini?' 184 'non tu te e conspectu hinc amolire?' Plauti Pseud. 557 'agite amolimini hinc uos intro nunc iam'; Trucul. II 7, 69 'sed ego cesso hinc me amoliri'; Terentii Andr. 708 'proinde hinc uos amolimini' nusquam in *amolendi* verbo personae accusativum ut hic desiderari intellegitur. Ac latet fortasse *te* in eo quod sequitur *amitte*, quod quamquam minime carere sensu L. Muellerum praeter lexica et comicos poetas, e. c. Plautum in Rud. 1006, 1009, 1031, in Stichio v. 187, in mere. 869, ipse Accii v. 144 docere poterat (nec video profecto, cur non eum, qui impetum in me faciat meque modo modo arrepturus sit, iubere liceat ut me amittat atque abire patiat), tamen propter illam causam nescio an merito in suspicionem vocetur. Possis enim non nimia audacia conicere

age age amolire, *aufer te* : caue uestem attigas.

Cf. Plauti Asin. 469 'aufer te domum, abscede hinc, molestus ne sis'; Rud. 1021 'te, obsecro hercle, aufer modo'; Terentii Phorm. 558 'aufer te hinc.' Paulo diversa sunt Turpili v. 106. Sed ut in adelphis 937 'insanis : aufer' dixit Terentius, ubi 'vel te vel malum' intellegendum esse monuit Donatus, ita fortasse *amolire* quoque ab Accio vi absoluta usurpatum est.

V. 315 Leid. 116 habet *infantum*¹

V. 327—329 exemplum esse statuo structurae *meminisse*

aliquid. Nihil igitur impedit, quin priore versu *esse* suppleatur. Proposuit Buechelerus praeter ea, quae in adnotatione dedi, etiam hunc senarium

deós mortalis, Phoenix, uitae [iudices]

Probe idem sensit languere *saepe*, et praeferam ipse *semper*, si liceat per numeros, quibus vide an sic probabiliter accommodetur:

reminíscor semper ét istud itidem uós uolo
meminísse.

Versuum 337 sq. exemplum plane geminum habes Captivorum Plauti v. 408 ‘núnquam erit tam avarus, quin manu te emittat gratiis.’

V. 340. Probatum bonis auctoribus participium *inuisitatam*, cui plane congruens *egregiam* adiunctum est, nolui aut praesenti *inuisito* aut imperativo *inuisita* mutare, quia neque ad subitum ac primum conspectum quadrat verbum frequentativum neque exclamatione ‘pro di immortales’ alterum excitamus, ut oculos in aliquid intendat. Cf. Plauti Trinummi. 765 sq.:

homo cónducatur áliquis iam quantúm potest
ignóta facie, quae híc non uisitáta sit.

V. 347. Ex variis commentis tam meis quam Buecheleri elegi quod et in argumentum fabulae prae aliis quadraret et sensum per se idoneum praeberet. Ac ne quis spreta rursus pro suis recoquat, illi etiam haec in mentem venerant:

ut desiderio amantem incénderet,
turbát uulgum, urbem euertit, m. d.

Idem in his *diffidam antem* latere *diffidentem* suspicatus erat. Bergkii vero sua quomodo cum Eurysacis fabula conciliet, ipse viderit, qui memorati in Iliadis K 268 sqq. Amphidamantis Cytherii fata ceteris incognita felici forsitan virgula recluserit.

In constituendis versibus 351—355 ab his, quae pro certo fundamento habebam, profectus sum. Numeros scilicet iambicos senarios praestat et v. 354 sic ut legitur a Nonio p. 173 excerptus et qui sequitur 355. Nam hunc quod ex alio eiusdem fabulae loco petatum esse L. Muellerus prae-

missis 'idem Eurysace' coniecit, et audacissime 'id me Erysacem' verba transposuit et ne consuetudinem quidem compilatoris satis observavit, quae 'idem' vel 'et in eadem' vel 'item' pro expressa eiusdem tituli repetitione flagitabat (cf. p. 308, 9. 306, 33). Atqui si recte statuitur responderi versu 355 ei, qui in antecedentibus alterum castigavit, de v. 353 sententia dubitari vix potest, quamvis verba ipsa poetae redipisci difficillimum sit. Ceterum proposita a Nonio notionum et formarum differentia non tam illustrari exemplo nostro quam refutari videtur, ut quae in fine notationis addita sunt 'sed aliquando variata generibus' ad ipsos Accii versus referenda sint.

V. 368—370. Sprevi quod a librorum memoria sane non procul abest *petere*, quia *petere incipiam* nunquam id quod inesse volunt quodque sententia flagitat 'a petendo, a precibus exordiar' significare potuit, sed hoc tantum 'petendi initium faciam.' Ceterum non credibile visum est Teucerum pietate insignem filium vi contendere voluisse, ut patrem in patriam secum redire cogeret, cuius adversarii potius pervincendi erant, ut restitui in regnum exulem paterentur. Structura similis est in Plauti Casina v. 194 'nám si sic nihil inpetrare potero, saltem sortiar.'

V. 390^{1sq.} Quamquam Cicero ipse quos laudat Aeschylei Promethei versus a se de Graecis translatos esse profitetur Tusc. disp. II 11, 27, quaedam tamen ex Accii textu mutatus in suum usum convertisse potest, quae cum indicasset vetus interpret aliquis Ciceronis, ex eius commentario in glossarium de Accio horum verborum auctore notitia fluxerit. Nam insertum hoc lemma apud Nonium nunc inter Pomponianas glossas (cf. Schottmuellerus in symbola philol. Bonn. p. 813. 830 et P. Schmidt de Nonii M. auct. gramm. 65) commentario Ciceroniano ideo tribuerim, quia praecedunt in hoc ipso titulo duo Ciceronis exempla. Ergo reddenda esse nunc Accio arbitratus sum quae olim in quaestt. scen. p. 300 Ciceroni vindicaveram.

V. 403 delphinis propria ac sollemnis (Liv. 5 Pac. 409) appellatio *lasciui* reddenda fuit. Postquam autem Bucchelerus

intellexit, *item* adverbium non Ciceronis, sed poetae esse, qui institutam novi monstri descriptionem et cum piscibus illis comparisonem absolvat, necessarium fuit id ipsum inferri, quod his cum illo commune haberi posset. Quo profecto neque cantus nautarum, qui cum Silvani melo confertur, nec inanis motus commemoratio quadrabat: mutum vero dici minime par erat, cuius sonitus audiretur. Neque quidquam conlato v. 551 demonstratur, ubi antrum per se mutum resonando voces referre narratur: qualis enim nostri monstri natura sit ignorat pastor. Similitudo inter navem et delphinum ea videtur notari, quod rostro et hic et illa frementem fluctum persulcans et quasi insultans undis alacriter promoveri cernitur. Itaque *alto*, mari scil., *mulcta* scripsi, h. e. fluctibus, dum procedit, leniter tacta atque impulsiva, plane ut Ennius ann. 257 'mulserat' inquit 'huc navem compulsam fluctibus pontus.' Dativum *melo* cum *consimilem* voce coniunctum sublimiori poeseos generi cum Ritschelio opusc. II 581 tribuemus.

V. 422. Probans Buechelerus quae conieci tituli in CIL I n. 1010 versum conferri iussit

viue ín dies et hóras, nam proprium ést nihil.

Vocabuli *proprium* notionem praeter v. 159 inlustrare possis etiam Plauti Trin. 1130 et merc. 338, Afranii v. 358, aliis exemplis.

V. 433 Useneri emendatio *credin* paulo etiam probabilior fit Leidensis 116 scriptura *crediti*.

V. 435 *inter* Leid. 116 quoque habet.

V. 436. Quamvis litteris codicum commendari videatur Buecheleri coniectura, tamen *ensis* non ei, in quem impetus fieret, dandus erat, sed ei, qui advorsum occuparet. Probarem igitur si legeretur '*óbuiumque ensi* advorsum aptus', sed haec longius etiam quam nostra recedunt a memoria.

V. 439 *aderit tempus* in vaticinio dictum ut in Bacchidum Plauti v. 417 'iam aderit tempus, quom sese etiam ipse oderit', quibuscum cf. ex hecyrá Terentii v. 543 'at pol iam aderit, se quoque etiam quom oderit'; item apud Vergilium ecl. IV 48 'aderit iam tempus', et apud Ovidium in metam.

III 519 'namque dies aderit, quam non procul auguror esse' e. q. s. et I 256 'esse quoque in fatis reminiscitur, adfore tempus Quo' e. q. s. Quamquam Statius Theb. VIII 206 scripsit 'iamque *erit* ille dies, quo' e. q. s. et Cicero pro Mil. 26, 69 'erit, erit illud profecto tempus et illucescet aliquando ille dies, cum' e. q. s. In lemmate Leid. 116 ipsum *torrus* praebet, quod hic quoque ut in v. 452 scripsisse Accium suspicatus sum.

V. 443. 461 sq. Speciosae Buecheleri coniecturae, qua *frigère* verbum ad merum Nonii errorem revocatur, vix me continui quin subscriberem. Ac certe in Varronis satira p. 181 R. *erigi animos* rectissime pro illo *frigi* emendatum esse plane persuasum est. Afranii verba v. 247 'neptis porro de lecto frigit', quae sana esse ipse concedit, quo sensu intellegenda sint, utrum sussilire de lecto, ut Nonius interpretatur, an, ut Buechelerus vult, in lecto sedens vel cubans friguttire dicatur puella, dubito: nam proxime praecedat quod Nonio faveat 'occurrit nepos pausillus.' Redit ergo omnis de illo verbo quaestio ad duos Accii versus, quorum alterum 461 sq. corruptissimum ipse aliis corrigendum reliquit. At hic defendi videtur *frigit* ante *fricantem* duplici adlitterationis et adnominatiois lusu. In altero autem 443 quominus *erigit*, quod per se valde placet, confidentius probem impediór Graecarum locutionum *φρίσσειν τρίχας χείτην ἔθειραν νῶτον λοφήν* similitudine quadam, quae ab audaciore poeta transferri fortasse in latinos versus posset, ita ut *frigere* illud tam intransitiva quam transitiva vi modo horrere vel excitari, modo excitare horrore vel horrentem facere significaret, ab illo autem frigendi verbo, quod a frigore ductum est, et primae syllabae prosodia et flexionis diversitate discerneretur (cf. liquere liquare liqui). Ac vel *friguttire* in Casinae v. 164 non ad vocem tantum, sed etiam ad corporis gestum quendam pertinere videtur:

CL. tú ecastor tibi, hómo, malam rem quaéris : subolet,
séntio.

ST. égone? CL. tu : nam quíd friguttis? quíd istuc tam
cupidé cupis?

Subito pavore percussus, sed indignationem simulans erigere caput eum altiore voce Stalino putandus est.

V. 472. Raro apud Festum tam mutilam sententiam, quae non facile per se expleatur, reperiri verum est, sed tamen non desunt omnino exempla : cf. Pacuvii v. 344 Ennii 97 287 Livii 34. Ergo quin *uerbena* recte inventum sit non dubitaverim, nisi cui forte probabiliora ex Ursiniani apographi apicibus eruere contigerit quam quae a Buechelero prolata sunt *medicari* vel *curare taeniis*, quibus non melius *uelare* vel *ligare*. Atque ipsa sententia cothurno Accii parum digna foret.

V. 473. Scripturis librorum *optolempota* (vel *optolempata*) *ut dixi* quid indicetur ne Buechelerus quidem videtur adsecutus esse, cuius commentum *tempta ut dixi* nescio quid frigidi habet. Mihi placeret, si qui Neoptolemo patris arma tradidit sic fere eum adlocutus esset:

[praemia áccipe]

párta Ulixi : mácte his armis, mácte uirtuteí patris
vel adeo

[praémia]

pórta Ulixi : macte e. q. s.

V. 475. Cf. Plauti Casin. 384 'satin ástu? ¶ docte.'

V. 482 in Leid. 116 legitur : *nicta egressi adassis ad id cladit'*

V. 495 in extremo et quod Buechelerus expectabat *diuidas* vel *diffidas* et flagitatum a Kiesslingio ferri epitheton, quo vomeris forma describatur, inane et alienum ab huius loci consilio ornamentum adferret. Spectant cetera omnia ad matutini temporis significationem, quae augetur, si *fumidas* nebula et umore terras legimus : nam fumant mane vomere proscissae glebae. Accedit adlitterationis et in corrigendo lenitatis virtus.

V. 526 *rara* litora intellego nuda et scrupea : nam contrarium est 'densum' molli harena litus Ovidii metam. II 576. Nisi forte raris tectis habitata, infrequentia et deserta (cf. fr. XIII) praefers, ut 'rariore acie' in Taciti hist. III 25 legitur, quamquam quod plane satis faciat exemplum non novi.

V. 555 sq. Elumbes atque ingrati mihi videntur trochaei, quales servandos esse Buechelerus suasit

. quod te obsecró, ne haec aspernábilem
taétritudo mea me inculta fáxit

caesura parum commode post quintam arsin posita. Idem vitupero in septenarii 601 forma hac quamvis propter incisionem post tertium pedem facta paulo leniore:

quaé ego cuncta flúxa esse in *meá* re crepera comperi.

V. 560. Verissimum sane est quod monuit Buechelerus testari libros nil praeter haec

. . Frygiam mítiorem esse ípsam immani Graécia.

Sed iusto verborum ordine non sequi, sed praecedere debebat *ipsam*, quo in alienum locum translato genuinum vocabulum hinc expulsum esse statuo. Quod autem ille additurus erat *immitem*, hic ut fieret versus

Frýgiam immitem mítiorem esse ípsam i. G.

praeter perversam collocationem etiam plane abundat pronomen

V. 578 si recte emendatus est, duplices ablativi hac structura interpretandi sunt: se sterilem esse venenis illius opera et medicina paratis. Alioqui *eius* praemittendum erit, sive ut olim volui sive insertum sic: *se eius uenenis*.

V. 579 sq. Quamvis pulchre a Buechelero *adgnatio* inventum sit, tamen et obiecti nomen et in altero membro pronomen interrogativum aegre desidero. Quo adducor, ut haec ipsa propter vicinorum vocabulorum similitudinem excidisse suspicer et ad lacunae supplementum adhibita Kiesslingii coniectura scribendum esse putem

quaenam adgnátio

quaéue Graios tíbi congenerat géntum aut generum adfínitas?
Interrogatur scilicet Phineus vel Phinidarum alteruter.

V. 601 ad v. 555 sq. tetigi.

V. 620 quod scripsi *nec quíit*, eadem illa fortiter negandi notione *nec* intellegendum esse censeo, qua et per se positum et cum aliis vocibus coniunctum esse in symbolis meis p. 24 sq. demonstravi.

V. 644. Quoniam utramque sororem, Procnen et Philomelam uxores duxerat Tereus, filio ex illa Ityi acute pater idem

et avunculus dici potuit: nam matris sorori qui maritus fuerat avunculum Seneca quoque appellat in cons. ad Helv. 19, 4. Videtur autem ipse Itys liberator ille et tyrannicida fuisse, quem cum Bruto componit Cicero. Utque ablativorum structura planius appareat, fortasse *nepos* addendus est hunc in modum

! . . . ! . nouus nepós nouod auúnculo

V. 663 *impellit* scriptura ex forma *impellei* potest orta esse.

V. 668. Minime certam esse iudico trisyllabam, quae L. Muellero placuit, nominis *Peleus* formam apud scaenicum poetam, qui *Atreus Perseu* similia binis syllabis proferre consueverit. Et potest praeter trochaicum octonarium, quem olim descripsi, etiam iambici octonarii frustum fuisse:

iam hanc úrbem ferro uástam faciet Péleus

Traditum in v. 679 *bigis* defendens Buechelerus ex sequentibus verbum eruendum putat, unde *sidera* suspendatur, velut *inuisé tuis*, in fine autem quod legitur *spoliis* abiciendum ut natum ex illo *polus*. Mihi vero *bigis*, quod per se aptum esse non nego, multo videtur probabilius sic collocari: *bigis Peruáde polum*, falso autem loco insertum expulisse quod rectissime invenit Bothius *binis*.

V. 689 *rite* cum Scaligero non coniciet qui et Varronis verba accurate legerit et multo tritiozem esse locutionem ‘rite perfectis sacris’ quam illam ‘recte’ cogitaverit.

V. 692. Errori, quo *pallescit* mutatum est in *patescit*, simile est quod in Catulli epithalamio versum 20 Laurentianus codex manu priore sic scriptum exhibet:

Hespere qui caelo *potuit* crudelior ignis
ubi ceteri boni omnes cum Thuaneo *fertur* praebent. Ortum
illud nimirum est ex hoc *pallet*, quo sane fit ut laudes Hesperi v. 26

Hespere, qui caelo *lucet* iucundior ignis?
multo concinnius respondeant execrationi.

P. 227 inc. fab. XLII. Quod Lucilium scripsisse C. M. Francken in Coniectaneis criticis ad Lucilii librorum decadem secundam et tertiam p. 11 suspicatur:

quare pro facie pro statura ἄξιός ὠνής

non proposuisset, opinor, si Ritschelii de fictilibus litteratis

commentationem p. 10 sq. legisset. Ceterum quod *faciem* et staturam Lucilius idem intellegi voluit, plane consentit cum Claudio Quadrigario, quem 'faciem pro statura totiusque corporis figura dixisse' Gellius XIII 30 (29), 7 narrat. Cf. Paev. 254.

Apud Festum p. 313 M. s. v. *struere* quae leguntur 'ali gradum augere, ali minuere. *ac uix pedem pedi praefert, otiose it, remoratur*' recepi quidem olim inter palliatae fragmenta incerta (XVI v. 20 sq.), sed ut litteris *ac* vel *Attae* vel *Accii* nomen indicari posse significarem. Ac potest sane quod sequitur vocabulum *uix* hausisse reliquam *Accius* nominis partem. Quod in versu sive omittendum sive relinquendum est, lentam et cunctabundam ducis ex pugna fugam describunt vel bacchei

(uix) pedém

pedí praestruít, otíose it, remorátur

[gradúm]

vel septenarius trochaicus:

praestruit pedém pedi, otíose it, remorátur gradum.

Talis enim apud Homerum Il. A 546 sqq. Ajax: *τρέσσε δὲ παπτήνας ἐφ' οὐίλου, θηρὶ εἰκώς, Ἐντροπαλιζόμενος, ὀλίγον γόνυ γουνοῦ ἀμείβων* et post lepidam illam asini pascentis imaginem v. 565 *Αἴας δ' ἄλλοτε μὲν μνησάσκετο θούριδος ἀλκῆς Ἀὔτις ὑποστρεφθεῖς . . . ὅτε δὲ τροπάσκετο φεύγειν*. Ergo fortasse in *Erinausimache* illa narrabantur. Quamquam translato sermone a bello ad servi in comoedia machinas et pericula etiam eius, qui circumventus minis inimicorum pedetemptim in fugam se reciperet, tergiversatio tali modo potuit adumbrari.

Accii versus 181. 528. 584. 651 p. XXI, 238 p. XLVI, 349 p. XLV, 374 et 461 p. LXXVII, 601 p. LXI tetigi.

P. 228 in Marii Victorini de *Tecnessa* loco *tragoediae* volui genitivum haberi leniore structura quam si *dicebant . . . tragoediae* coniungatur.

P. 229 *MARI* inc. fab. I quod post v. 5 motus chori commemoratos fuisse statui firmatur verbis Marii Victorini, qui strophae et antistrophi in choricis carminibus originem

enarrans 'alii' inquit 'tradunt hunc sacerorum ab hominibus concentum mundi cantum *cursumque* imitari.' Nam sic 'ab hominibus' verba, quae ante 'imitari' vulgo leguntur, transponenda sunt.

P. 231 ad POMPONII v. 4 Buechelerus apte conferri iussit Senecae Oed. v. 27 'meque non credo mihi.'

P. 232. Quod Pomponium Charisius narrat 'putare' dici *omnes*, non *omneis*, sane praeceptum ipsum non in tragoedia, sed in epistula aliqua sive praefatione vel in sermone familiari dedisse consentaneum est. At certe usum esse eadem forma, quam veram esse doceret, sescenties in fabulis quis dubitabit? Ergo inter reliquias tragoediae recipienda fuit.

Alia res est in controversia inter Pomponium et Senecam de locutione *gradus eliminat* (inc. inc. fab. 229) instituta. Quod cum ab illis quaesitum sit an 'in tragoedia dici *opportuisset*', non concesserim alterum utrum eorum, vel quia apud Senecam nunc non reperitur, Pomponium aliquando sic dixisse. Possunt enim exempli causa, cum de veterum stilo iudicium ferrent, illam formulam ex antiqui alicuius poetae tragici textu deprompsisse.

SCAEEVI frustum Bergkii annall. philoll. 1870 p. 832 sic scribi iussit:

scindímus acri tenerás planctu,
Cisséi, genas.

Ad id quod traditum est *atras* conferendae sunt etiam militis in Poenulo Planti minae v. 1279 'íta replevero atritate, atratior multo ut siet Quam Aégyp̄tini', pugnis scilicet meis. Et planctu illae quoque in tragoedia livorem vultui intulerant.

P. 238 ad INC. INC. FAB. fr. XIII in Cornificii verbis Buechelerus haec probavit: '*Aesopum et Cimbrum subornari ut ad Iphigeniam Agamemnonem et Menelaum*' hac sententia: indui histriones tragica veste Agamemnonis et Menelai partes acturos velut ad Ennianam Iphigeniae fabulam instruendam. At mihi mirum videtur imaginem animo proponi memoriaeque inprimi, quae non in scaena coram praesentata, sed in occulto paucorum oculis visa fuerit. An inter vestiarios spectatores admissi sunt?

Ceterum confictum a rhetore versiculum habere nemo potuit nisi qui nec ad ipsam disputationem, ad quam ille pertinet, nec omnino ad Cornificii artem unquam animum attendisset. Qui ineptus fuisset, si ad eius potissimum artificii, quo verba in memoria teneri demonstratum iret, exemplum nescio quem senarium, mendosum insuper, invita Musa edolare quam e scaenae promptuario aptum notamque eligere maluisset. Nam cur elocutionis praecepta suis, non aliorum exemplis inlustraverit, sat copiose ipse in praefatione quarti libri declaravit.

V. 27. Lucilii versum C. M. Francken in Coniectaneis criticis p. 20 Ulixi tribuit Graecis exprobranti, quod invito Agamemnone paene naves conscendissent, ut est in Iliadis libro secundo.

V. 45 sq. Quae Buechelerus proposuit senariorum frustra
 non mûlta peccas, sét tamen
 peccás : te regere pössum

mihî non satis faciunt. Nam et Ciceronis verba proxime sequentia 'at ego verissime dixerim peccare te nihil neque *ulla in re* esse huiusmodi, ut corrigendus pötius quam leniter inflectendus esse videre' flagitare in poetae verbis *si* videntur, et perit meo sensu lepos et acumen sententiae, nisi eodem versu *peccas* illud repetitur. Septenarium iambicum, cuius in adnotatione exemplum proposui, etiam sic explere poteram, ut media *sin tamen* insererem.

V. 67 sq. In octonariis iambicis Buecheleri
 ignominiaé nouae

dolóre uictor ínsolens se uíctum non potuít pati idonea interpretatione caret *insolens*. Potuit enim ignominiae, non potuit novae ignominiae insolens victor dolore acceptae adfectus dici.

De versibus 42. 54. 81 p. XXI, de 73 p. XX dixi.

V. 90 *interuasit* optimorum librorum scripturam tuetur Buechelerus comparatis intervenire intercedere interire interbitere intervertere interpolare verbis, quorum tamen analogia non satis facere videtur : sufficeret, si *interuasit* traditum esset et per numeros ferri posset.

V. 99 sq. Denis ut 97 sq. duodenis syllabis paeones efficiendos esse amicus quidam aliquando putaverat, quorum exemplum hoc proposuit:

quí repens sónere pulsú graui

uís fores, strépitu ut extérreant —?

aut ‘strépitus ut térreat.’ At ista quidem interpretatio ab omni omnium metricorum ratione abhorret. Noster certe ut senarium dicit trimetrum iambicum duodecim syllabarum, octonarium et septenarium iambum octo et septem plenis pedibus compositos, item ionicum septenarium designat Sotadeum tribus ionicis, qui singuli syzygiam pedum efficiunt, et dimidio constantem, et anapaestum octonarium, qui octo pedibus efficitur. Atqui paeon sescuplum pedem trochaicum ita complectitur, ut bini paeones ternos pedes expleant: ergo duodecim explet metrum octo paeonum, quod paeonis duodenarii nomine significatur, quale v. 97 sq. exhibetur. Ad eandemque rationem denarius et dimetiendus et restituendus est. Quae ad amussim quadrat, si, ut in adnotatione proposui, sex paeones, h. e. novem pedes sequitur trochaeus, plane ad Alcmanis illud exemplum Ἀφροδίτα μὲν οὐκ ἔστι, μάργος δ’ Ἔρωσ οἷα παῖς παῖσδει. Deficit semipede in quinque creticis, quos ditrochaeus sequitur.

Ceterum doctissimum grammaticum, cuius de metris fragmentum *Censorini* libello adnexum legitur, prorsus vana atque iniqua suspicio est finxisse quaedam exemplorum suorum. Finxit sane vel transfiguravit pauca in ultimo capite, quod tamen ipse aperte indicavit ‘contraho . . sumo . . conpono . . facio . . adiciam’ similia addens: quo non minuitur, sed augetur fides eius de ceteris. Sed quem praeter Lucretium Catullum Vergilium Horatium Tibullum Lucanum Naevii Ennii Accii carminibus numquam nominato auctore usum esse certo constet, eumme suae fabricae commenta per fraudem immiscuisse ideo putabimus, quia non novimus auctores, aut quia paulo insolentiora ex parte metra sunt? Sed a Plauto quot numerorum species abiudicaret artigraphi ista nostri severitas, nisi felici fato praeter frustra fabularum tot integrae extarent! Et quia apud Senecam octonarii iambici non

leguntur, ne a ceteris quidem tragicis poetis inde ab Augusti aetate unquam eos (cf. v. 29) usurpatos fuisse continuo pro certa lege sanciemus? Nec quidquam vel numeris scrupuli movetur septenario trochaico 138. Iambicus septenarius 42 num rectius ad comoediam referatur dubitari posse concedo. Anapaestorum septenarius 182 Ennii (v. 70—72) auctoritate firmatur, ut Buechelerus intellexit, cui de eiusdem v. 241, quem octonarium anapaestum esse vult, adsentiri minus possum. Sed constat octonarios, qualis inc. inc. fab. 183 et ab hoc non diversus Aristobulius 96 est, Plautum fecisse. Restat inter anapaestos senarius 237, quem si quis lyrico poetae tribuere maluerit, equidem non adversabor, quamquam huius quoque metri Graecis non incogniti exempla Plautina quaedam nuperrime excitavit Guil. Christ in comm. de canticis Plauti p. 43 sqq. (actt. acad. Monac. 1871). Pyrrichius qui dicitur grammatico 218 nil aliud est quam per proceleusmaticos decurrens tetrapodia dactylica catalectica, quam puram praestat Pomponius v. 5 et 7. De creticis tetrametris 97 sq. nemo dubitavit praeter L. Muellerrum, qui solus expertus sit, quid poetae, quorum nos ceteri mortales lacrimas miseris tenemus, in arte aut sectati aut aversati sint. Trochaicum cum creticis coniunctum in v. 97 sq. satis supra ad Ennii v. 305 firmavi. Comoediae fortasse reddendos esse et creticos 239 et baccheos 238 propter sententiae et sermonis colorem non negaverim, quamquam abstinuisse baccheis tragicos opinionem L. Muelleri ann. philoll. 1868 p. 432 temere prolatam Ennii et Pacuvii exempla refutant.

Ut autem de Pseudocensorini fide dubitandi causam nullam esse contendo, ita nunc Centimetri exempla concedo abicienda esse omnia, non quia non intermixta sint frusta quaedam poetarum, Vergilii Horatii Ovidii Senecae Terentiani, Ennii quoque, sed quod spreto consulto testimoniorum optimorum integritate flosculos ex variis carminibus decerptos ad novos quosdam versiculos consarcinandos ita interpolavit vanus poetaster, ut nisi ubi extant ipsi auctorum libri, quid unde haustum sit sciri plane nequeat. Praeterea integros sat multos partim ipse fecit, partim ex commentariolis qui-

busdam scholasticis, qui ad acuendam puerorum memoriam versiculis comprehensi fuerunt, compilavisse videtur. Itaque etiam Archilochium illum trimetrum inc. inc. fab. 38, quamvis, si in alio libro laudaretur, posset non inepte ad scaenam referri, iam ex Vergiliano ‘Martemque fatigant’ et Horatiano ‘animaeque magnae Prodigum Paullum’ contaminatum esse largibimur. Nec alterum, quem inter tragoediae reliquias olim recepi inc. inc. fab. 242, certi artificii causa compositum, pertinacius defendam.

Mixta sane cum veris ficta leguntur apud Marium Victorinum, unde tres omnino incerti auctoris, sed noviciae artis versiculos 240. 241. 243 sumpsit, alia quaedam lyricae poesis messori futuro reliquit. Quod ad genus etiam illa pertinent, quae in excerptis Vindobonensibus Endlicheri II 516 sqq. extant, nota partim Atilio Fortunatiano et Mario Victorino haustaque, ut videtur, ex Caesii Bassi libro. Unum ex illis septenarium trochaicum (inc. inc. fab. 91), qui recentioris tragoediae alicui poetae tribui potest, decerpere sat habui.

At vero pauca, quibus nostra aetate copias tragicorum locupletari iusserunt homines docti, repudiavimus. Ac de senario, si dis placet, antiquissimi poetae ‘natúra vincit naturam et dei deos’ respondit Hauptio (Hermae V 189) Ussenerus mus. Rhen. XXVI 155 sqq. Alius locus extat apud Rutilium Lupum II 6 his verbis secundum Ruhnkenii emendationem: ‘*προσωποποιία*. hoc fit, cum personas in rebus constituimus, quae sine personis sunt, aut eorum hominum, qui fuerunt, tamquam vivorum et praesentium actionem sermonemve deformamus. id est huiusmodi: *nam crudelitatis mater est avaritia et pater furor: haec facinori coniuncta parit odium, inde autem nascitur exitium*. hoc genere usi sunt poetae, qui fabulas scripserunt, in prologis. nam humana figura produxerunt personas, quae *inventa*’ (sic Froehlichius ann. philoll. 1864 p. 206: *in avaritate* libri) ‘artis et voluntatis sunt, non personae.’ Cf. Quintilianus IX 3, 89 ‘etiam in personae fictione accidere quidam idem putaverunt, ut in verbis esset haec figura: *crudelitatis mater est avaritia*, et apud Sallustium . . . quale est apud Menandrum.’ Simillima

in libro *περὶ ἔψους* (c. 14 p. 69 ed. Iahn.) extare monuit Ruhnkenius. Certatim ex illa rhetoris prosopopoeia tragicos versus excudere nostra aetate studuerunt homines docti. Ac primus Meinekius in *annall. philoll.* 1863 p. 369 integrum quadratum iambicum his *crudelitatis mater est avaritia et pater furor* effici adnotavit; deinde Hahnio M. Hauptius persuasit trochaicos septenarios restituendos esse hosce

nám crudelitátis mater aváritiast, patér furor:

haéc facinori iúncta odium parit; índe exitium náscitur;
quorum alterum idem Hauptius in *Herma* II 10 mollire frustra conatus est hoc modo:

haéc facinori iúncta parit odium : índe exitium náscitur,
prioris quidem vitio plane neglecto. Elegantiora tandem L. Mueller *mus. Rhen.* XXIII 692 (cf. XXIV 639) commendavit:

nám crudelitátis mater ést avaritia ét (*vel át*) pater
fúror : haec facinorí coniuncta ódium, inde exitiúm parit

vel adeo:

odium, índe item ex. p.

At vana commenta haec omnia. Nam sano iudicio post Ruhnkenium usus Leonardus Spengelius in *annall. philoll.* 1864 p. 206 comparato exemplo, quod Cornificius ad Herennium II 21, 34 finxit (*omnium malorum stultitia est mater atque prae ceteris parit immensas cupiditates; immensae porro cupiditates infinitae, immoderatae sunt; haec pariunt avaritiam* c. q. s.) vel eis, quae statim addidit Rutilius de fabularum prologis, elucere vidit, superiora prosa esse oratione formata.

Porro senarii tragici initium tale

iam Dánai ne se réferunt

L. Mueller *annall. philoll.* 1867 p. 505 notavit exhibere Charisium p. 242 P. his : *‘ellipsis est sententia verbo minor quam necesse est, salva tamen compositione verborum, ut par est, in medio victoria ponto et iam Danai ne si referunt.* pro : ne si quidem referunt.’ Quid? quod titulum adeo fabulae Epinausimachen divinavit vir sagacissimus correcto quod bis traditur *si in se*. Ego non video, cur non possint item ut superiora ex dactylico carmine petita esse. Probo autem

Lindemanni coniecturam, qui, cum *nisi* in codice extet, *ne si* restituit; et addendum est hoc exemplum eis, quae in symbolis meis p. 46 sq. de hoc particulae *ne* usu disserui.

Praeterea non irascetur, opinor, benivulus lector, quod duo tragica, si dis placet, frustra ab eodem L. Muellero in libro de re m. 430 monstrata neglexi : nam unum quod Pompeius p. 186 L. 178 K. laudavit *te quoque, peritura Thebe*, Statio Theb. X 594 debetur ('te tamen, infelix, inquit, perituraque Thebe'); alterum ex Sergii qui dicitur explanatione in Donatum (IV p. 510 K.), quod sic scribi voluit *o di immortales, dominus ille gentium*, ubi ipsi codices meliores Ciceronis scilicet pro Deiotaro 11, 31 verba *o di immortales, Gnaeus Domitius ille* praestant.

Item frustra temptatus est Frontonis in ep. ad M. Caesarem III 13 p. 51 N. locus : 'unde displicet mihi *fabula histrionibus celebrata*, ubi amans amantem puella iuvenem nocte lumine accenso stans in turri natantem in mare' (immo 'marei') 'opperitur. nam ego potius te caruero, tametsi amore tuo ardeo, *potius quam te ad hoc noctis natare tantum profundi patiar. Ne luna occidat, ne ventus lucernam interemat, ne quid tibi e frigore impliciscat, ne fluctus, ne radius, ne piscis aliqua noxsit*: haec oratio amantibus decuit, et melior et salubrior fuit, non alieno capitali periculo sectari voluptatis usuram brevem ac paenitentiam.' In quibus verba *ne luna . . . noxsit* distinctione curavi ut cum sequentibus coniungantur, non cum antecedentibus. Praeterea Maio debetur *tibi* : cod. *ibi*; CFW Muellero ann. philoll. 1866 p. 487 sq. *impliciscat* et *aliqua* : cod. *impliciscar* et *aliquo*. Iubet vero idem *ted hoc noctis* scribi, nam inter traegodiae frustra haec recipienda esse, cum lenissimis quibusdam mutationibus (quas aegre fero quod non indicavit homo doctus) iambici septenarii (non illi quidem usitatissimi in traegodia) evadant. At vereor, ne oleum et operam in his carbonibus auro mutandis perdidit : nam talem in fabula orationem non habitam esse expressis verbis testatur Fronto.

Confidentius etiam CM Francken in Coni. crit. (1871) p. 33 *Lucilium* statuit et in hoc versu XX 10 'proras deton-

dele et despoliate *gubernat* hoc ultimum vocabulum, et integrum septenarium apud Festum p. 276 (inc. libr. 68) talem *quâenam vox ex aede resonans meo gradu remoram facit?* ex tragoedia mutuatum esse. De quo neglexit quod in A. Mai thesauro quem is appellavit latinitatis (class. auctt. VIII 355) exhibetur testimonium: 'haec remora, ae i. mora; unde *Livius : quâenam vox gressui meo remoram facit?*'; quo ambiguum certe fit, uter ex duobus auctor verborum sit : nam temere invicem confusa fuisse a librariis Livii et Lucilii nomina exemplis sat demonstratur. Ceterum Vaticani grammatici auxilio versum sic fere restituendum esse duco:

quâenam vox ex aede resonans gréssu meo remorâm facit?

Sat facile ad numeros redigitur quod Bernensis artigraphus in Hageni anal. Helv. p. CCXV neutri *Tartara* proposuit exemplum : *Tartara saeva petisti dura claustra diruens*, unde septenarius sic oritur:

saéua Tartara ádpetisti dúra claustra díruens.

Quae cui debeantur auctori et quam probabiliter de Hercule in scaena praedicata fuisse statuatur, in medio relinquo.

Denique ex comoediis Plautinis et Terentianis tragoediae dicta expiscari quam inanis plerumque operae sit cum olim in quaest. scen. p. 352 sqq. satis enarraverim, nunc paucissima inde p. 269 sq. in adnotatione delibavi. Inter quae si indicatum ab Andrea Spengelio septenarium iambicum *Truculenti* II 1, 9 *actútum fortunae solent mutári : varia ritast* recipere voluissem, eodem iure alia *φιλοσοφούμενα* plurima cothurno adstringere debuissim.

Restat ut de glossariis pauca moneam. In quae magnam ex antiquiorum compilatorum libris vocabulorum copiam varios per rivulos transfluxisse sat notum est. Nec desunt in illis tragici sermonis frusta, non illa quidem ex ipsis poetarum fabulis, sed ex grammaticorum commentis et excerptis hausta, quorum longe plurima Nonius et Festus, alia Varro, pauca Diomedes Priscianus Macrobius commo-

daverunt; quaedam quo ex fonte prodierint incertum est. Pertinent autem ad hoc genus e. c. haec:*

abigeus ἀπελάτης *L* abigeus latro *HPSV* = *Ennius* 300*

applar *L* = *Pacuvius* inc. fab. LXII

aspernabilis ἐκφανλισταῖος *L* = *Accius* 555

concento συνεπάδω *L* = *Pacuvius* 73*

euito ἐναρίζω *L* euitare . . . obtundere *H* = *Ennius* 87,
Accius 348.

grandinat χαλαζοκοπεῖ *L* = *Pacuvius* *pract.* 4.

Ad certam auctoritatem propriae tragicis vel certe his imprimis antiquo testimonio tributae voces haece revocari possunt:

abiugat ἀπολύει *L* = *Pacuvius* apud Nonium

adauctavit ηὐξήθη *L* = *Accius* apud Nonium

adiugo ἐπιξεύγνυμι *L* abiugare (*scr.* adiugare) adiungere

adducere *P* = *Pacuvius* apud Nonium

amplo ὑψῶ *L* = *Pacuvius* apud Nonium

anclare ἀντλήσαι *L* = *Livius* apud Festum

anfractum περιφερές *L* cf. *HS* = *Accius* apud Varronem
et Nonium

anxietudo ὀδύνη — ἄχθος *L* : immo anxitudo = *Pacuvius*,
Accius apud Nonium

auerruncassint *P* = *Pacuvius* apud Varronem et Festum

eamilla ἰέρεια *L* = *Pacuvius* apud Varronem

cicuro τιθασεύω *L* cf. *B*³ : eicurare, mansuetefacere. *S* :

cicurare, militare (immo mitigare *Usenerus*) exorare

mansuefacere = *Pacuvius* apud Varronem

elypeare contexere (immo contegere) *V* = *Pacuvius* apud
Varronem et Nonium

*) Brevitatis causa glossaria singula his indicavi siglis:

*B*¹ = Bernense XVI saeculi IX

B^{2a} = - 224 - X fol. 193 sqq

B^{2b} = - - - - - 196 sqq.

B^{2c} = - - - - - 198 sqq.

*B*³ = - 178

H = Hildebrandi gloss. Parisinum

L = Labbaeum

P = Placidi glossas

S = Sangallensem cod. n. 912 saec. VII vel VIII

V = Vaticanas gl. in A. Mai auctt. class. VI 501

- creterra ὕδρῖα *L* creterrae *Paulus* p. 53 *M* = *Naccius*
 apud Nonium
 deiugo ἀποζυγῶ *L* = *Pacuvius* apud Nonium
 domitone, ser. domuitionem ἐπάρουον *L* domuitionem,
 domus reditum *P* = *Pacuvius* apud Nonium
 dusmum incultum *P* = *Livius* apud Festum
 faeul facile *P*, *Paulus* p. 87 *M* = *Pacuvius*, *Accius* apud
 Nonium : cf. Festus
 fulgurio ἀστράπτω *L* = *Naccius* apud Nonium
 inenodabilis δυσχερῆς ἄλυτος πλακεῖς ἄδηλος *L* ineno-
 dabile quod solui non potest *II* cf. *V* = *Accius* apud
 Nonium
 lapit, cruciat sollicitat doliter (ser. dolenter) *S* lapit, dolore
 afficit *Paulus* p. 118 = *Pacuvius* apud Nonium
 manticolor τεχνάζουαι *L* ad mantieulandum *P* = *Pa-*
cuvius apud Festum
 matrescere μητράζειν *L* = *Pacuvius* apud Nonium
 moro διάγω διατρίβω παρέλκω *L* = *Pacuvius* apud Dio-
 medem
 nefredem, infantem nondum dentatum *P* nefrendes νέβροι
L = *Livius* apud Festum
 nitido καλλύνω *L* = *Ennius*, *Accius* apud Nonium
 niuet χιονίζει *L*, immo niuit = *Pacuvius* apud Nonium
 perpetem, perpetuum *B*^{2c} = *Pacuvius* apud Festum
 poenitudo μετάνοια *L* penitudo, poenitentia *B*^{2c} = *Pacu-*
vius apud Nonium
 repedo ἀναποδίξω *L* respida (ser. repeda), redi ad te *V*
 (repedat *HB*^{2c}*S*) = *Pacuvius* apud Festum
 rimo ἀνερευνῶ *L* = *Pacuvius* apud Nonium
 rudus βῶλος *L* = *Accius* apud Festum
 Salacia ἀμφιτρίτη νηρεῖς (ser. νηρηῖς) *L* = *Pacuvius* apud
 Festum
 salmacidus ἀλμυρός ἀλώδης *L* = *Ennius* apud Festum
 tabificabile τηκεδονικόν *L* = *Accius* apud Nonium
 tesqua siue tescua κατάκρημνοι καὶ ῥάχεις καὶ ἔριμοι τόποι
L tesqua deserta aspera *S* = *Accius* apud Varronem et
 Festum

- tonsilla *τριχολαβίς παρίσθημιον στύραξ* *L* = *Pacuvius*,
Accius apud Festum
 trabica *δοξίς* *L* = *Pacuvius* apud Festum
 triones *ἄμαξαι, βόες ἀρχαίως. βόες ἀρόσιμοι* *L* = *Naevius*
 apud Isidorum
 vitulans, lascivus gaudens, cum exultatione letans *S* =
Naevius, *Ennius* apud Festum et Nonium.

Quibus adiungendae sunt ex Paulo Festi epitomatore
 notationes haec:

- p. 40 conflagres loca dicuntur, in quae undique confligunt
 venti = *Naevius* apud Isidorum
 „ 62 consiptum apud Ennium pro conseptum reperitur
 = *Ennius* apud Nonium
 „ 74 diabathra = *Naevius* apud Varronem
 „ 80 expectorat, ex pectore eicit = *Accius* apud Nonium
 „ 82 epicroeum = *Naevius* apud Varronem
 „ 96 grumus = *Accius* apud Nonium
 „ 104 iubar = *Pacuvius* apud Varronem
 „ 108 impetritum, impetratum : cf. *Pacuvius* 317 apud
 Festum
 „ 113 iniuges boves : cf. *Ennius* 156 apud Nonium
 „ 124 mertat = *Accius* apud Nonium
 „ 152 mansues = *Accius* apud Nonium
 „ 221 patagium = *Naevius* apud Nonium.

Accedunt ex ceteris glossariis multa alia ex eisdem
 fontibus petita, quae communia tragicis poetis et comicis
 vel ceteris prisci sermonis auctoribus esse diserta testi-
 monia confirmant : *acrimonia ancillari antruare autumet*
cachinnat caluitur caprigenus cicur clepit consternatur delicare
diuidia diuito elimino exanclat gliscit grandio hostimentum
hostio itiner iuxtim labasco lactat mortuale muttire pigreo porceo
rarenter seneco sospito superstito ualentia. Restant denique usur-
pata ab optima aetatis scriptoribus vocabula, maxime a
Cicerone Vergilio Ovidio Seneca, quae tamen cum debeantur
antiquioribus, a glossographis veteribus enotata sunt; ex qui-
bus rariora quaedam commemorasse sufficit : auricomus carche-
sium clango cespes extorris hiscere laniger lymphatus manubiac

morigeror mortiferum Mulciber obuallutum pedetemptim proteruitas quadringem quadrupedo radiatus reciprocat scrupas scruposus sentus scrutium sonipes tardat tensa terrificus territo tripulio turpo uastitas uelivolus uirginalis uitisator. Omnino pleniorum olim exemplorum copiam, quam quae uelut apud Nonium nunc reperitur, glossographos illos excerpisse formis uocabulorum talibus, quarum nunc certa testimonia desiderantur, concludi licet : e. c. haec Placidi glossa ‘corporato. uulnerato’ (cf. Ennius 101 Accius 604); apud eundem et in Sangallensi codice quod est ‘creperae res, incertae dubiaeque’ Varroni de l. l. VII 77 debetur, sed in Vaticanum unde fluxerit ‘creperis. dubiis’, nescimus : cf. Nonius s. v. ‘crepera res’ et Pauli Festus p. 52 ‘creperum, dubium’.

Sed haec accuratius componere et cum pulvisculo, ut aiunt, excutere ei relinquendum, qui operosam, sed eandem exoptatissimam (iamque in praefatione ad comicos p. XVII olim a me flagitatam) glossariorum quotquot extant syllogen aliquando exornabit, in qua singuli tituli, quantum quidem fieri potest, ad suum originem reuocandi erunt. Nostrum interest quaerere primum, num quae inter glossas illas lateant, quibus ad emendandas tragicorum poetarum reliquias probabiliter uti possimus; deinde num quid praebent thesauri illi praeter exempla aliis testimoniis firmata, quod tragici sermonis indolem et colorem prae se ferre videatur.

Atque ad corrigenda textus nostri menda ut adhibui supra laudata uocabula *abigeus* et *concento*, ita quod apud Pauli Festum p. 90 legitur ‘fracebunt, displicebunt’ et paulo plenius apud Placidum ‘fracebunt, sordebunt, displicebunt, dictum a fracibus’ e. q. s. nescio an *Ennio* v. 301 reddendum sit, cuius haec apud Nonium s. v. ‘flaccet’ uetere scilicet corruptela traduntur:

sín *flaccebut* cónditiones, répudiato et réddito.

Traditam apud Nonium in *Pacuu* v. 229 adiectivi formam bisuleis tuentur praeter Labbaei titulum hunc : ‘disuleis *χυροσδιαίτης*’ (*χοῖρος διαίτης* Scaliger conl. Pauli Festo s. v. dissuleus) ‘*δὰύλαξ*’ (scr. *διαῦλαξ*) glossae codicum *B*¹: ‘bisiltes’ (scr. bisuleis) ‘porcus fissis unguis’; *B*^{2c}: ‘bi-

suleis. poreus diuisis unguis'; denique *V* : 'bisulis' (scr. bisuleis) 'poreus fissas unguas habens', ut translato a poreo ad serpentium linguas huius voculae usu, sive genetivus singularis sive pluralis nominativus interpretandus est,

linguae bisuleis (vel bisulees) iactu erispo fulgere vel os anguium vel angues ipsi dicantur, qui vehant Medae currum. Quod autem postea *bisuleus* formam praetulerunt, sollemnis fere in eis adiectivis, quae a substantivis derivata sunt, variatio terminationis est: ut *exanimis adclivis declivis proclivis enervis semisomnis biugis effrenis infrenis*. Diversa ab his Pacuvii *indigem*, Plauti in *Most.* 274 *interpoles*, Varro- nis *pronis*. in glossariis *breviloquis* et *obliquoloquis*. In quibusdam vero ut *clumbis nodis* regnat *is* terminatio. Firmatur *bisuleis* Plauti exemplo, qui in *Poenulo* v. 1023 '*bisulci lingua*' ait 'quasi proserpens bestia.'

In *H* quod legitur 'lumpae aquae uel undae' aptum est ad firmandam in *Pacuvii* versu 244 scripturam, quam Ritschelius commendavit, lumpis.

In v. 377 *ad manticulandum astu adgreditur : scit enim quid promeruerit* haec altera pars num recte tradita sit, in tam obscura sententia certe dubitari licet. Coniciebam igitur *scite* vel *sciti enim quid prompserit* scribendum esse. Sed in *B²V* glossae extant *nimquid non aliquid* et *nimquis non aliquis*. in quibus *non* corrigendum esse *num* suspicor. Illa autem *nim* forma ne oblitteretur similitudo vocis *ningulus* suadet ortae, ut videtur, ex *nim-culus*, non ex *noinculus*, ut voluit Corsseus de pronunt. I 79. Atque in *Trinummi* quoque v. 962 *nimquam* praebet *Decurtatus*. Eodem pertinet quod in versibus, quos ex *Varronis Agathone* *Nonius* p. 187, 10 laudavit, ipse inter comoediae frustra inc. inc. 96 sqq. rettuli, pro his '*Lampadio, numquid* familiaris filius *Amat*' libri *Lampadionem quid* praebent. Itaque apud *Pacuvium* sic interrogatum fuisse coniecerim: *scite* (vel *sciti*) *nimquid prompserit?*

Supra dixi de structura *puget mihi* in v. 143 (p. XLII), et de glossa *Labbaei matrescere*, qua traditum a *Nonio matrescam* in v. 309 firmatur.

Apud *Accium* in v. 374 Merceri emendationem *atratus taetra aeste* defendo glossa Labbaei '*atratus μελανείμων*', atque extat '*atratus, lugubris*' etiam in *B¹S.* In versum 461 sq. quod intuli *acula* praeter *Cledonium* p. 41, 13. 48, 13 repetitur apud Labbaeum: '*acula βελόνη.*'

At omni exempli saltem corrupti fundamento destitutum eligere ex glossarum multitudine quae tragico sermōni vindicentur lubrica plerumque et vaga ariolatio est. Nam quamvis hic illic adposita apud Labbaeum certe poetarum nostrorum *Livii Naevii Ennii Pacuvii Accii* nomina, ceteros ut taceam, fidem faciant, in ceteris quoque vocabulis inesse quae ad eodem merito referantur (ut *Vergilianae* glossae plurimae omisso auctoris nomine insertae sunt), tamen singulorum, quae careant certa auctoritate, lemmatum rarissime talis indoles est, quae tragoediam prae alio genere redoleat. Pauca quaedam delibabo, quae apud Labbaeum reperiuntur, sed ut ne horum quidem sponsor esse velim:

obliquoloquis λοξίας, Apollo scil.

opitulus ἀλεξητήριος. cf. *Festus* p. 184 '*Opitulus Iuppiter et Opitulator dictus est quasi opis lator.*'

redimiac λύτρα. cf. *Placidus* '*redimiac res quae redimuntur a praedonibus.*' Possis *Hectoris lytra* intellegere.

Praeterea senario et cothurno apta videri possunt haec:

adpectora παράβαλλε, θώρηξον

amfragosus περιωδεύσιμος τόπος

animaequior εὐγνωμονότερος (*scr.* εὐγνωμονέστερος)

animaequitas εὐψυχία

cluor δόξα

divigena θεογενής

endofestabat εσενεν (*scr.* ἐσίνετο) ὠργίζετο

eritudo δεσποτεία

exercipes ταχυδρόμος,δρομεὺς καὶ ζούρσωρ

expropitio ἐξιλάσκομαι

famen φάτις βάξις

fortitas γενναιότης ἀνδρειότης

gauescite χαίρετε

gaudifico χαροποιῶ

gloriabilis καυχηματίας
gnaticidium τεκνοκτονία
grauilocus δεινολόγος
† *gredimunda* (*gradibunda* Vulcanius) βαδίξουσα
gressibile βαδιστικόν
honestitas ἀξιολογότης ἀξιοπιστία
ignauatis ἀδρανισθέντων
ignomines ἀνώνυμοι
imbricitur ὑμβροῦται βρέχεται
immarcibilis ἀμαράντινος
inauspicialis ἀόρατος
incitabilis παροξυντικός
ostentiferum τερατῶδες
taeditudo σικχασία
terricrepus βαρύβρομος
tonitrabilis βρονταῖος
undiuomus κυματοβόλος
† *uocissimus* (*uocisona*?) ἤχώ

Placidum adire etiam periculosius est, ut quem Ritschellius mus. Rhen. XXV 456 sqq. demonstraverit Plautinas maxime copias compilavisse. Nec in ceteris inveni quod quis, nisi temeritatis crimen merito incurrere voluerit, proprium tragico poetae fuisse suspicari audeat.

INDEX COROLLARI

- abstulit?* p. XL
Acheruns correpta prima syll. p. XX
adferre mortem, sim. p. XLV
Ammianus Marcellinus p. LIII
amoliri p. LV
animi fortiter ferre? p. XXXII
apse p. XXXVIII
asyndeton p. XXIX
autem p. XXVII
Bernensis artigraphus p. LXXI
bisulcis p. LXXV
—būs p. XIV sq.
Catullus p. LXII
Centimetri exempla p. LXVII
Charisius p. LXIX
Cicero p. XXV, XXXVI
creticus post primum pedem septenarii p. XIX
diipedes? similia p. XII
diambus in exitu senarii p. XIII, XXVIII, XXXVII
ditrochaeus cum cretico in clausula p. XXXIII
ecum p. LI
ecvolus, similia p. XVII
endo, composita p. XII sq.
equil p. LI
ergo igitur p. XLVII
error p. XLIV sq.
ex correptum p. XXX, XXXV
Festus p. LXIII
fracebant p. LXXV
frigēre p. LIX
Fronto p. LXX
homō p. XXXVI
levare c. gen. p. XLVI
Lucilius p. XLII, LXII, LXX sq.
lutra p. XXIII sq.
Marius Victorinus p. LXIII sq. LXVIII
Minucius Felix p. XXIX
molossus p. XXVIII sq.
ne p. LXIX sq.
nee p. LXI
nesi p. XLII
nimquid p. LXXVI
noenum p. XXVIII
numero p. XV
obferre mortem, sim. p. XLV
olli p. X
Plautus p. XIV sq. XVI, XXIX, XXXIII sq. XXXIX, XLIV, LI sq.
pro imperio p. XXXIX
promontorium p. XII
Pseudocensorinus de metris p. LXVI sq.
pudet mihi p. XLII
quadriga p. XLVIII
ea libertast qui, sim. p. XXXI
quis nom. pl. p. X
Rutilius Lupus p. LXVIII sq.
Sálacia p. XVII
simul una p. XLVII
sireis p. XLIV
sum, es cetera om. p. XXI
tabi abl. p. XLV
tenax, tenacia p. XXIV
Varro p. XXXVIII, XLII sq. LXXVI
Vindobonensia excerpta p. LXVIII
-

LIVIUS ANDRONICUS

ACHILLES

Sí malos imitábo, tum tu prétium pro noxá dabis.

AEGISTHVS

I (5)

nam ut Pégama

Accénsa et ^{fr}praeda pér participes aéquiter

Partíta est

II (3)

5 Tum autém lasciuum Nérei simúm pecus

Ludéns ad cantum clássem lustratúr . .

III (1)

Iamme óculos specie laétausti optábili?

IV (2)

Nemo haéce nostrum rúminetur múlieri.

LIVI ACHILLES, immo ACILLES Non. 365, 25 'pretium, poenae exitum.' Idem 473, 22 'imitat . . .' (Lucilius Bamb.) Adde inc. fab. V

AEGISTHVS, immo AEGISTVS I Non. 512, 32 'aequiter . . .' II Non. 335, 21 'lustrare est circumire . . .' Idem 158, 29 'pecus non solum quadrupes animal, uerum omnia animalia pecudes dicuntur . . . [5]'

III Non. 132, 32 'laetare et lactescere, lactificare.' (Lucilius Aegisto Bamb.) Idem 386, 23 'species dicitur effigies, facies. L. Egisthi . . .'

IV Non. 166, 29 'ruminare dictum in memoriam reuocare . . .'

1 malos *ed. pr.* malas *libri p.* 365, *Bamb. p.* 173 males *ceteri libri p.* 473 imitabis *ms. Fabri p.* 473 tu *om. libri p.* 365 dabit *libri p.* 365 [Si bona ero atque fida, amantem contra amare te addeet:] Sin malas *e. q. s. Bothius 2 (Mus. Rhen. 1837 p. 269)* 3 praeda *Junius praedam libri* equiter *libri* 5 autem *om. libri p.* 335 Nérei simum *Bentinus Nereis simum libri p.* 335 rei simum *libri p.* 158 6 cantem *Geneu. Basil.* classem *Geneu. Basil. Duentzerus classum ceteri libri* lustratur choro *uersum explebit: cf. Senecae Agam. u. 475. lustrat nauium Klusmannus. cf. Jahn. et Klotz. Annal. 1848 Suppl. p. 479: actiuum G. Hermann quoque placuit* 7 spetie latauisti *Bamb.* 8 haecce *L. Mueller de re m. 442 senarium explens. haec libri. septenarium trochai-*

V (4)

Sollémmitusque deó litat laudém lubens.

VI (6)

10 . . in sedes cónlocat se régias:

Clyteméstra iuxtim, tértias natae óccupant.

VII (7)

Ipsús se in terram saúcius fligít cadens.

VIII (8)

Quin quód parere [míhi] uos maiestás mea
Procát, toleratis témploque hanc dedúcitis?

AIAX MASTIGOPHORVS

I

15 Mirúm uidetur, quód sit factum iám diu?

II

Praestátur laus uirtúti, sed multo ócius

Vernó gelu tabéscit.

V Non. 176, 13 'sollemnitus pro sollemniter. Lucilius Aegistho . . .' (Liuius ed. 1526; accius Vrbin. 308, ut quo referendus sit hic locus incertum fiat) VI Non. 127, 30 'iuxtim pro iuxta . . .'

VII Non. 110, 29 'fligi, affligi'. VIII Non. 23, 25 'procacitas a procando, id est poscendo dicitur . . .'

AIAX MASTIGOPHORVS, immo MASTIGOPORVS I Non. 127, 16 'iamdiu pro olim . . . Liuius Aiace: mirum' e. q. s. II Non. 207, 23 'gelu

cum prima dipodia mancum olim dederam uostrum *D. Heinsius,*
Almeloueeus ad Quintil. X 2 uoster libri ruminabitur (*sic ante*
Mercerum edd.) *Múlieri commendauit Hermannus* 9 deo litat
laudem lubens *scripsi* adeo ditati laudet lubens *libri, nisi quod* adcon
Leid. adeo litato audit l. *Duentzerus* adeo attuli laudem et l. *Bo-*
thius 1 adeo illicita ille audet l. *Bothius* 2 adeo ditat laude illubens
Klussmannus accedit iam tandem et lubens *uel* dedicat laudem et l.
G. Hermannus 11 Clytemestra *libri, quam formam uindicauit*
Ritschelius opusc. II 498, cf. 502. 517 sq. natae *Aldina* nate
libri 12 ipse *Bothius* ipse *libri* *Non commendauerim* ipse séd
13 parere uos maiestas mea procat *libri* p. mea uos maiestas pro-
cat *Bothius* p. uosmet maiestas mea Procat *Klussmannus* p. uos iam
m. m. P. *Hermannus* maiestas *bisyllabum metitur* *Duentzerus*
15 quid *Vrbin. 307, Grotius bibl. crit. nou. IV* *Interrogandi*
signum posuit Klussmannus 16 sq. p. uirtuti laus gelu set m. o.
uenio tabescit *libri, nisi quod* genu sed *W (h. e. Wolfenbuttelanus):*

ANDROMEDA

Cónflugae cubi conuentu cámpum totum inúmigant 16

DANAE

.. etiam míntas? mitte ea quae tua sunt magis quam mea.

EQVOS TROIANVS

20 Dá mihi hasce opes.

Quás peto, quás precor:

Pórrige, opitula!

20

HERMIONA

'Obsecro te, Aneíale, matri né quid tuae aduorsús fuas.

TEREVS

I (1)

Rarénter uenio.

neutri generis Titus Livius in aiace mastigho foro' (sic Urbinas 308. pisi — corr. ex ipsi — W — adtaematico foro ceteri libri): 'praestatur' e. q. s. Cf. Sophoclis Ai. 1266 D. *φεῦ τοῦ θανάτου ὡς ταχέϊά τις βροτοῖς χάρις διαρροεῖ καὶ προδοῦσ' ἀλίσκεται.* Non indignum quod hic commemoretur Plautinum quoddam ad Capt. III 4, 82 ('hortamenta absunt: Aiace, hunc quom uides, ipsum uides,' ubi sane 'ornamenta' uetus codex habet) scholion a Bentleio ad Ter. hantontium. IV 7, 8 (etiam a Parco) laudatum mihiq; a Buechclero indicatum: 'hortamenta, flagella quibus aurigae utuntur cum equos hortantur. Ajax mastigophorus.'

ANDROMEDA Non. 62, 20 'confluge loca, in quae riuu diuersi confluunt.'

DANAE Non. 473, 31 'minitas pro minaris. L. Danaea . . .' (L. Dariae Bamb. Naenius Danae Aldina)

EQVOS TROIANVS Non 475, 10 'opitula.'

HERMIONA Non. 111, 12 'fuam sim uel fiam . . .'

TEREVS I Non. 515, 29 'rarenter . . .'

transposui et correxi Buechclerum secutus, qui uerno in uenio latere intellexit. Olim in actis acad. Berol. 1854 m. Jan. p. 46 uento et gelu propositeram, et uentu iam Bentino placuerat.

18 conflugae W, quod uindicauit Buechclerus Coni. Latt. p. 11 sq. confluge Leid. Urbin. 307 confluges (ut in lemme Leid. n. 116) Mercerus cubi, quod adlitteratione etiam commendatur, scripsi. ubi libri confluges riuu olim conieci conuentu Junius conuentum libri 19 quae mea sunt magis quam tua uel quae tua sunt minus quam mea L. Mueller de re m. 441 21 Numeros a Bergkio commendatos recepi, dimetrum creticum inter duas tripodias trochaicas catalecticas: olim tetrametrorum creticorum frustra dá mihi Hásee . . . pórrige, 'Opitula dedi porrige ms. Fabri. Vatic. corrige ceteri libri 23 obsecra Leid. W. sed o supraser.

II (2)

25 Nímis pol impudénter: seruis praéstolabas? . . .

III (3)

'Ego puerum intereád' ancillae súbdam lactantém, meae,
Né fame perbítat. 25

IV (4)

crédito,

Cum illoc olli meá uoluntate núnquam limauít caput.

INO

Terentianus Maurus 1931:

Liuius ille uetus Graio cognomine suae
Inserit Inoni uersus, puto, tale docimen:
Praemisso heroo subiungit namque miuron,
Hymnum quando chorus festo canit ore Triniae.
'Et iam purpureo suras include cothurno,
'Baltens et reuocet uolucres in pectore sinus,
'Pressaque iam grauida crepitent tibi terga pharetra.
'Derige odorisequos ad certa cubilia canes.'

II Non. 475, 32 'prestolat pro prestolatur . . .' III Non. 153,
26 'peruitere, perire . . .' IV Non. 334, 7 'limare etiam dicitur
coniungere . . .' Deridetur limauit caput locutio in Plauti Poenulo I
2, 79 (cf. quaest. scen. p. 354 et Ritschelii Parerg. I 168)

INO Cf. Marius Victorinus p. 2512 P. 91 G. 'at cum Liuius Andro-
nicus praemisso hexametro huiusmodi subnectat uersus per ordinem
iambo terminatos, nouam potius hanc speciem' e. q. s. 'nam in hymno
Dianae apud eundem ita inueniuntur in fabula Inone: sed iam'
e. q. s. Transformauit ueteris poetae uersus in suum usum Caesius
Bassus: cf. Hermanni epit. d. m. 127², Hauptii obseru. crit. p. 43

Anciale libri. quae forma poetae aspirationis consonantium ignaro
seruanda erat. Auchiale Junius in *mg.* 25 impudenter conieci
imprudenter libri seruis Junius in *mg.* seruis libri serus *Machlyo ann.*
philoll. 1857 p. 286 in mentem uenit praestolaras *Bamb.* prestolaras
ceteri libri 26 intereád scripsi interea libri lactantem *Pulmerius* lac-
tantem libri lactentem *Bongarsius* lactentem vel lactanti *Vossius* lactan-
dum *Heinsius* cf. *C F W Mueller prosod. Plaut.* 593 sq.
29 illoc olli temptaui illos soli libri, nisi quod olim ex *Basil.* illo sola
Bothius illo. soror *Mercerus* illo soror *Vossius* limauit *Mercerus*

EX INCERTIS FABVLIS

I (1)

30 Florem ánculabant Líberi ex carchésiis.

II (5)

. . . sed qui sunt hí, qui ascendunt áltum oerim?

III (3)

celsósque [in] oeris

30

Aruáque putria et mare mágnum.

IV (4)

namque Taénari celsós oeris

V (2)

35 Haut út quem Chiro in Pélio docuít oeri.

VI (10)

Múlier, quisquis és, te uolumus.

VII (VIII Eq. Tr. 3)

Quó Castalia pér struices sáxeas lapsu áccidit.

36

VIII (IX 14)

Quem ego néfrendem alui lácteam immulgéns opem.

EX INC. FAB. I Pauli Festus p. 11 M. 'anclare haurire a Graeco descendit.' Thes. nou. lat. apud A. Mai auct. class. e codd. Vat. ed. VIII p. 26 'anclō . . . haurire uerbum actiuum; unde Liuius: florem' e. q. s. II—V Festus p. 181 M. 'oerem antiqui, ut Ateius Philologus in libro Glossematorum refert, montem confragosum uocabant, ut apud Liuium [31] et: [32. 33] [34] et: [35].' Fr. V ad Achillem uidetur pertinere. VI Non. 197, 31 'cuis et generi feminino attribui posse ueterum auctoritas uoluit.' VII Fest. p. 310 M. 'struices antiqui dicebant extruiones omnium rerum.' Laeuio has elegantias reddendas censet Bergkius Ephem. Hal. 1842 p. 239 VIII Pauli Festus p. 163 M. 'alii dicunt nefrendes infantes esse nondum frendentes,

XXXVI Cicero de off. II 7, 23 'praeclare enim Ennius ...' Fortasse Atreo haec in Thyeste opponerentur. XXXVII Cicero de off. III 29, 104 'nam praeclare Ennius ...' Apuleius de deo Soer. c. 5 p. 132 Oud. 'nam et ius iurandum Iouis iurandum dicitur, ut ait Ennius.' (Iouis iurandum om. Flor. cum aliis). Ariolando haec quoque et fr. XXXVIII ad Thyestem rettuli. XXXVIII Cicero de off. I 8, 26 'quod enim est apud Ennium: nulla' e. q. s. 'id latius patet.' Idem de rep. I 32, 49 'concordi populo ... nihil esse immutabilius, nihil firmitus ... itaque cum patres rerum potirentur, nunquam constituisse civitatis statum. Multo iam id in regnis minus, quorum, ut ait Ennius, nulla [regni] sancta societas nec fides est.' (vel quoniam scribendum pro quorum vel regni omittendum Maio uidebatur. FIDESTEST cod.) Conferri inbet Manutius Lucani Phars. I 92 XXXIX Sernius in Aen. II 62 'occumbere morti: nouae locutionis figura et penitus remota. Ennius ...' Contuli ex Euripidis Erechtheo fr. 362, 14 ἔπειτα τέχνα τοῦδ' ἔχατι τίττομεν, Ὡς θεῶν τε βωμῶς πατρίδα τε ἠνώμεθα. XL Varro de l. L. VII 49 M. 'apud Ennium: quin' e. q. s. 'perduelles dicuntur hostes.' XLI Festus p. 301 M. 'sos[us] significat apud] omnes fere auc[tores saluum: sic] — — En[nius in parentem' e. q. s.

379 odere *ex Goth. Heusingerus* perisse *codices Baiteri* cupit *Bern. c* 380 pennis *Bamberg. m. 2, Bern. c* 381 societas sancta *Bern. c* 384 occumbant obuiam *Cass.* occumbant fortiter *uulgo* occumbant, *om.* obuiam, *Fuld.* 385 quin inde *Flor. Par. a* quous inde *Goth.* quius inde *Haut.* quod inde *Par. b* quid unde *Turnebi cod.* uindictam *Scaliger.* Coniecimus ego quom uel qui ius, *Buechelerus* qui uim de uictis; et uictis iam *Scaliger* proposuit. *De v consonante in uoce perdvellibus dixit Lachmannus in Lucr. II 661* 386 *Vncis inclusa in cod. non apparent.* et patriam.

XLII (XLIII. 45)

. . . uiuam an móriar, nulla in me ést metus.

XLIII (XLIV. 18)

Amícus certus ín re incerta cérnitur.

XLIV (XLV. 16)

Bene fácta male locáta male facta árbitror.

XLV (XLVI)

390 Múlierem: quid pótius dicam aut uérius quam múlierem?

XLVI (XLVII. 34)

. . . . indúta fuit saeuá stola.

XLVII (XLVIII. 8)

Telis ílli mater

Chthoniam in Erechtheo haec et sequentia (fr. XLII) dicere potuisse conieci. XLII Pauli Festus p. 123 M. 'metus feminine dicebant. Ennius: uiuam' e. q. s. Festus p. 286 M. 'recto fronte . . . Cato . . . antiquae id consuetudinis fuit, ut cum ait Ennius quoque . . . nulla metus.' cf. Paulus p. 60 u. corius; Festus p. 150 u. malo cruce.

XLIII Cicero Lael. 17, 64 'quamquam Ennius recte . . .' XLIV Cicero de off. II 18, 62 'nam praeclare Ennius . . .' XLV Rutilius Lupus I 12 p. 43 Ruhnk. (rhett. Latt. ed. Halm. p. 8, 19) 'diaphora: hoc schema est, cum uerbum iteratum aliam sententiam significat ac significauit primo dictum. Id est huiusmodi . . . Item in Enni uersu: mulierem' e. q. s. Sic Halmius secundum Meinekium, qui Enni uersus correxerat, aliena manu haec e margine illata suspiciens. item uniuersum codices. Similia Graecorum poetarum dicta sunt multa: Sophoclis Epigon. fr. 188 N., Theodectae Alceon. fr. 1 (p. 622 N.), Euripidis Hecub. 1178, ex Phoenice fr. 805, Melanippa fr. 497, Stheneboea fr. 670, Carcini e Semela fr. 3 p. 620 N. XLVI Seruius in Aen. I 4 'saeuam dicebant ueteres magnam, ut Ennius: induta' e. q. s. 'i. e. magna.' Cynthius Cenetensis in Aen. I 4 (A. Mai auct. class. VII 327) 'saeuus dicitur crudelis, prosper et magnus. Ennius: induta' e. q. s.

XLVII Varro de l. L. VII 87 M. 'lympha a nympa, ut quod apud Graecos *Θέτις*, apud Ennium: Thelis illi mater.' Conferri iubet Tur-

di seruate *Scaliger* et patriae, di seruate *Vrsinus* et patrem, di seruate *O. Muellerus*. aut et patriam di seruauerunt aut et patriae et mihi seruauit *Albertus Langius Quaest. metr. p. 20* *Senarium agnouit Vossius* 387 nulla ablatius est aduerbiali significatione ut nequaquam, nam in *annal.* 537 metus ullu tenet scribendum puto.

389 beneficia *Bern. c. Palat.* 390 Versum agnouit *Meinekium*, etiam *Froehlichius* (*ann. philoll.* 1864 p. 204), qui tamen non Ennii restituit nomen, sed multiuiram mulierem priorem senarium claudere uoluit 391 fuit *Seruius* est *Cynthius*: an indutast? 392 Thelis *Turnebus* Thetis *Flor. Haun.* ea Thetis *cod. B*, lacuna in *Goth.* erat Thetis *Spengelius*

XLVIII (XLIX. 3)

Vócibus concíde: faxis . . musset óbrutus.

XLIX (L. 32 inc. com. 13)

Ad eum áditauere.

L (LI. 59)

395 festíuum festinánt diem.

LI (LII. 69)

. cúbitis pinsibánt humum.

LII (LIII. 35)

. ínprimitque genaé genam.

LIII (LIV)

[Nám] flammam sapiéns facilius óre in ardente ópprimit,
Quám bona dicta téneat.

LIV (LV)

400 Quíquam quisquam quíequam quomquam quídque con-
ueniát neget?

nebus Adv. XXIII 16 Varronem de re rust. III 9, 19 'quod antiqui, ut Thetin Thelim dicebant, sic Medicam Melicam uocabant.' XLVIII Varro de l. L. VII 101 M. 'apud Ennium: uocibus' e. q. s. 'mussare dictum, quod muti non amplius quam $\mu\tilde{v}$ dicunt.' Cf. Seruius in Aen. XII 657 'Ennius mussare pro tacere posuit.' XLIX Diomedes I p. 336 P. 'item adeo adis. hoc iteramus adito aditas dictitantes, ut Ennius: ad eum aditanere.' L Seruius in Aen. IX 401 'antique properet mortem, ut Plautus: properare prandium; Ennius: festiuum f. d.' Philargyrius in Ge. IV 170 'fulmina properant uetuste ait, ut Plautus: properant prandium, et Ennius: festinant diem.' Cf. Gloss. Labb.: 'festiuo $\xi\omicron\rho\tau\acute{\alpha}\zeta\omega$.' LI Varro de l. L. V 23 M. 'terra ut putant eadem et humus: ideo Ennium in terram cadentis dicere . . .' cf. Hartungus Eurip. rest. II 53 LII Seruius in Aen. V 686 'Ennius de dormiente . . .' LIII Cicero de orat. II 54, 222 'quod est hominibus facietis et dicacibus difficillimum, habere hominum rationem et temporum et ea quae occurrant, cum salsissime dici possint, tenere. Itaque nonnulli ridiculi homines hoc ipsum non insulse interpretantur dicere Ennium, flammam a sapiente facilius ore in ardente opprimi, quam b. d. t.: haec scilicet bona dicta, quae salsa sint.' (Ennium om. Voss. Leid. interpretantur dicere Ennium Bakius. interpretantur.

393 faxis musset] facimus et *Flor. cum libris plerisque facimus musset Turnebi cod. face musset Turnebus fac is musset O. Muellerus In lacuna fama suppleri uelim.* 395 festiuumque diem festiuant Merula 396 pinsabant Goth. cf. *annal.* 354 397 Videtur delendum esse que 398 nam om. Cicero *Indirecta oratione utitur Cicero* 400 quisquam quiequam quanquam quenquam quisque conueniat *Opitz.* quiequam quisquam quemquam quisque conueniet

LV (LVII)

402 Eu, méa puella, e spé quidem id successit tibi.

LVI (LVIII)

aeui íntegri

LVII (LIX)

. ángue uillosí canis

LVIII (LX)

405 Versát mucronem.

LIX (LXI)

férro foedatí iacent.

dicere enim aiunt Ennium secundum libros uulgo. Sed in Abrine. et Erl. a haec tantum extant: dicere enim aut pienti facilius e. q. s., nisi quod in Erl. aiunt suprascriptum supra aut legitur. dicere aiunt Ennium inclusis ceteris Kayserus.) Imitati sunt Petronius p. 216 B. (anthol. Lat. I n. 476 R.) in carmine: 'nam citius flammās mortales ore tenebunt Quam secreta tegant,' et Symmachus epist. I 31 'nam facilius est ardentēs fauillas ore comprimere quam ludenti operis seruare secretum.' LIV Rhet. ad Herenn. IV 12, 18 'et si uitabimus eiusdem litterae nimiam assiduitatem, cui uitio uersus hic erit exemplo (nam hic nihil prohibet in uitiiis alienis exemplis uti): o Tite' e. q. s. 'et hic eiusdem poetae ...' In satira, non in tragodia poetam haec luisse puto. LV Varro de l. L. VII 93 M. 'euax uerbum nihil significat, sed effutitium naturaliter est, ut apud Ennium [VIII] apud Ennium: eu, mea p.' e. q. s. 'apud Pompilium: heu' e. q. s. (Naenium cod. B) LVI Seruius in Aen. IX 255 'integer aevi, integri aevi, i. e. adulescens, cui aetas integra superest. Vnde Ennius deos aevi integros dicit, quibus multum aevi superest.' LVII Acro in Hor. Carm. III 11, 18 'muniant angues caput eius] ut ait Ennius: angue u. c.' LVIII Seruius in Aen. IX 748 'uersat, librat, iactat: et est Ennianum ...' Incertis libris (fr. III) adscripsit Vahlenus, nec nego ambiguum huius aliorumque frustulorum sedem esse. LIX Seruius in Aen. III 241 'foedare, cruentare. Ennius ...'

Windberg. Fris. quidquam quisquam quemquam quemq. quisq. conueniat *Par.* quicquam quicq. quemq. quisq. conueniat *Wirzeb.* quidquam quisquam quemquam quisque conueniat *Bamb. a* quidquam quisquam quemque quisque conueniat *Bamb. b* quidquam quisquam quemquam quemq. quis conueniat *Tross.* quidquam quisquam quemquam quis conueniat *Tur.* quidquam quisquam cuiquam quod conueniat *uulgo* umquam quidquam quisquam cuiquam quod ei conueniat *ego olim.* Quiquam *potest datiuus esse,* quomquam *idem quod umquam,* quidque *est* quidquid. 402 *heu Par. b* heu *ceteri libri* *eheu uulgo* e *om. libri* spe *Flor. Goth. Par. a* saepe *Haun.* sepe *Par. b* spei *O. Muellerus* id quidem *CFW Mueller prosod. Plaut.* 329, *perperam.* successit *O. Muellerus* succensit *Goth. Haun.* succenset *Flor. Par. a* succenses *Par. b*

LX (LXII)

‘Omnes dant consilium uanum, atque ad uoluptatem
omnia.

LXI

Peruince pertinaci pernicacia.

M. PACUVIUS

ANTIOPA

Hyginus fab. 8 (praecedat Antiopa cap. 7) ‘eadem Euripidis, quam scribit Ennius’ (immo Pacuuius, ut correxit Hartungus Eur. rest. II 415). ‘Nyctei regis in Boeotia fuit filia Antiopa. eius formae bonitate Iuppiter adductus grauidam fecit. quam pater cum punire uellet propter stuprum, minitans periculum Antiopa effugit. casu in eodem loco, quo illa peruenerat, Epopeus¹⁾ Sicyonius stabat. is mulierem aduectam domo²⁾ matrimonio suo³⁾ iunxit. id Nycteus aegre ferens, cum moreretur, Lyco fratri suo per obtestatio-

LX Fronto epist. II 10 p. 33 Nab. ‘adinitate sociatum neque tutelae subditum: praeterea in ea fortuna constitutum, in qua, ut Q. Ennius ait, omnes dant’ e. q. s. Possunt de ariolis intellegi, qui in Telamone fr. II carpuntur. LXI Frontonis epist. IV 2 p. 60 Nab. ‘de Herode quod dicis perge, oro te, [et] ut Quintus noster ait, peruince p. p.’ Ennium indicaueram in adnotatione ad Attii Myrmid. fr. I, sed ut statuerem memoria falsum M. Caesarem pro Enniano Attianum locum in breue contractum imitari magis quam laudare: nunc ne quid deesse uideretur Ennii reliquiis, secutus sum mea ignorantem M. Hauptiam, qui ind. scholl. Berol. aest. 1867 p. 5 hunc locum tetigit idemque et addidit.

Quae Varro de l. L. VII 12 M. u. tueri laudauit quis pater aut cognatus uolet nos contra tueri non possum non eis adsentiri qui pro hexametro annalium habent: cf. Vsenerus ind. lectt. Gryphisw. aest. 1866 p. 10. Tragoediae restitui uoluit Ritschelius ind. scholl. Bonn. aest. 1852 p. XV sic transposita:

quis nos páter aut cognatús uolet

Contrá tueri?

PACUVI ANTIOPA ex Euripidis fabula cognomine expressa: Cicero de fin. I 2, 4. cf. acad. pr. II 7, 20 de off. I 31, 114 1) Epaphus et infra Epapho, correxit post Micyllum et Nauckium Buntius. 2) domum post alios O. Iahnus ephemer. archaeol. 1853 p. 73 3) sibi Iahnus l. l.

nem mandat, cui tum⁴⁾ regnum relinquebat, ne impune Antiopa ferret. huius post mortem Lycus Sicyonem uenit. interfecto Epopeo Antiopam uinctam abduxit. in Cithaerone parit⁵⁾ geminos et reliquit. quos pastor educauit, Zetum et Amphionem nominauit. Antiopa Dircae uxori Lyci data erat in cruciatum. ea occasionem⁶⁾ nacta fugae se mandauit, deuenit ad filios suos. ex quibus Zetus existimans fugitiuam⁷⁾ non recepit. in eundem locum Dirce per bacchationem Liberi tunc⁸⁾ delata est. ibi Antiopam repertam ad mortem extrahebat. sed ab educatore pastore adulescentes certiores facti, eam esse matrem suam, celeriter consecuti matrem eripuerunt. Dirce ad taurum crinibus religatam necant. Lycum cum occidere uellent, uetuit eos Mercurius et simul iussit Lycum concedere regnum Amphioni.’

I (13)

1^a Iouis éx Antiopa Nýctei natí [duo]

II (12)

Rhet. ad Herenn. II 27, 43 ‘item uerendum est, ne de alia re dicatur, cum alia de re controuersia sit . . . uti apud Pacuuium Zethus cum Amphione, quorum controuersia de musica inductast, disputatio in sapientiae rationem et uirtutis utilitatem consumitur.’

4) suum Nauckius 5) Cithaeronem uulgo, corr. cum Scheffero Buntius: fortasse in Cithaerone ea peperit 6) occasione uulgo: correxi 7) sc. seruam. 8) illuc uulgo, corr. Nauckius Respexit fortasse hanc fabulam Cicero Lael. 19, 70 ‘ut in fabulis qui aliquamdiu propter ignorationem stirpis et generis in famulatu fuerunt, cum cogniti sunt et aut deorum aut regum filii inuenti, retinent tamen caritatem in pastores, quos patres multos annos esse duxerunt.’ I Probus in Verg. Ecl. 2, 25 p. 7 Keil. ‘Amphionem et Zethum Euripides et apud nos Pacuuius Iouis ex Antiopa Nyctei ait natos. [Amphionem autem] cantando potuisse armenta uocare testantur Thebae’ e. q. s. Senarium prologi elicit Buechelerus. Amphionem autem uerba inclusa coniectura suppleuit H. Keilius. Pacui anapaestos: ‘cantando sóluistis Arménta uocare’ agnoscere sibi uisus est Hartungus

II Eadem controuersia tangitur his Ciceronis locis: de orat. II 37, 155 ‘miror, cur philosophiae sicut Zethus ille Pacuuianus prope bellum indixeris.’ de rep. I 18, 30 ‘atque idem . . . Zethum illum Pacui nimis inimicum doctrinae esse dicebat.’ de inn. I 50, 94 ‘si non id quod accusabitur defendet . . . ut Amphion apud Euripidem [item apud

III (8)

1^b Loca hórrida inítas.

IV (11 et Liu. Ant.)

Amphio

Quadrupés tardigrada agréstis humilis áspera,
 Breui cápíte, ceruice ánguina, aspectú truci,
 Euíscerata inánima cum animalí sono.

Astici

5 Ita saéptuosa díctione abs té datur,
 Quod cóniectura sápiens aegre cóntuit:
 Non íntellegimus, nísi si aperte díxeris.

Amphio

Testúdo,

V (9)

. . . perdita ínluuie atque insómnia

Pacuum], qui uituperata musica sapientiam laudat.' Cf. Hor. Epist. I 18, 39 (17, 72 R.) sqq. III Diomedes I p. 336 P. 'ineo inis, et inito dicimus, ut Pacuius in Antiopa: l. h. i.' IV Cicero de diu. II 64. 133 'nam Pacuius' (sic Leid. A et B. Pacuinus Vind. Pacuius uulgo) 'Amphio [2—4] cum dixisset obscurius, tum astici respondent: [7] At ille uno uerbo: Testudo. Non poteras hoc igitur a principio, citharista, dicere?' (astici Orellius artici Erl. acciti Reg. Gud. Rehd. attici Leidenses ABH. Vindob., Baiterus glossema esse suspicatur. rustici suavit Bergkii Bacchici Welckerus de trag. Gr. p. 815. Illud scholio in Eur. Hipp. 67 ὡς καὶ ἐν τῇ Ἀντιόπῃ δύο χοροὺς εἰσάγει τὸν τε Θηβαίων γερόντων διόλον καὶ τὸν μετὰ Θήβης ἦ (his duobus uocabulis in Veneto libro omissis) Δίρκης — confirmari monuit Schneidewinus Nunt. liter. Gotting. 1847 p. 145) Tertullianus de pallio c. 3 p. 44 Salm. 'est et [2] testudinem Pacuiam putas? non est: capit et alia bestiola uersiculum.' Non. 170, 17 'septuose, obscure. Liuus Antiopa [5. 6]' (Pacuius Scriuerii mss., Bergkii de rel. com. Att. p. 123, Welckerus l. l. p. 812) V Charisius I p. 78 P. 'insomnia . . . sin-

1 inhitas Paris. A 2 tardigrada] cf. Mar. Victor. p. 2468 P. 3 capite breui libri c. breui' Bothius truci. (erasa una litt.) Ciceronis Leid. B 4 inanima cum animali Hartungus inanima, cum animali uulgo 5 septuose dictio abs te libri s. d. abs tete Lipsius s. d. ab deo uel s. d. haec abs te Vossius 6 coniectura Rothius consecutura mss. Merceri, W consecutura ceteri libri contuit uel consulit Vossius contulit libri Versu 7 adsumptis 5 et 6 non opus uidetur esse Welckero de trag. Gr. p. 815 nisi si Leid. B, Dauisius nisi ceteri 9 inluuie Lindemannus in illiuie Neap. illiuie ed. pr.

VI (2)

10 Frendére noctes, mísera quas perpéssa sum

VII (3)

. frúges frendo sóla saxi róbores.

VIII (7)

. sól si perpetuó siet,

Flámmeo uapóre torrens térrae fetum exússerit:

Nócti ni interuéniat, fructus pér pruina obríguerint.

IX (6)

15 Mínitabiliterque íncrepare díctis saeuis íncipit.

X (4)

Nonne hínc uos propere a stábulis amolímíni?

gulari numero uigiliam significare' (uolunt grammatici), 'ut Pacuius in Antiopa dixit ...' VI. VII Non. 447, 16 'frendere alicubi cum gemitu uel iracundia miserum aut minax sonare ... Pacuius Antiopa [VI] Plantus ... Pacuius Anthiopa [VII]' VIII Varro de re rustica I 2, 5 'en ibi' (sc. in regionibus septentrionalibus) 'tu quicquam nasci putas posse aut coli natum? Verum enim est illud Pacuui: sol si perpetuo sit, aut nox, flammeo uapore aut frigore terrae fructus omnes interire.' (Pacusi Politiani libri flammineo Iensoniana Bruschiána Bononiensis Regiensis edd. fructos Politiani libri omnis Bruschiána) Idem de l. l. VI 6 M. 'nox, quod ut Catullus' (Catullus Goth. Haun. Pacuius Scaliger) 'ait, omnia, nisi interueniat sol, pruina obriguerint, quod nocet, nox.' Festus p. 352 M. 'torrens participialiter pro exurens ponitur, ut est apud Pacuuium in Antiopa [13]' Suetonius prato apud Isidorum de natura rerum cap. 44 p. 74 ed. G. Becker (cf. eiusdem proll. p. XVI sq. et Suetoni reliquiae ed. Reifferscheid p. 244) 'torrens fluuius, qui pluuia crescit, siccitate torrescit, id est arescit, de quo Pacuius (pacubius Bamb. pacuuisius ait Bodl. Basil. C et D): flammeo uapore torrens torret.' Eadem habet Isidorus Orig. XIII 21, huc rettulit Arenalus, nec refragatur G. Becker: frustra olim dissuasit Herm. Langensiepen mus. Rhen. V 251. IX Non. 139, 23 'minitabiliter pro mina-

10 noctem *ms. Fabri* miserias quas *ms. Fabri* miserias quas *ed. 1480* misera, quae *Bothius 2* sum *Aldina* runt *ms. Fabri* rum *ceteri libri* 11 *Fortasse ditrochaeus ab initio deest.* fruges *Aldina* fruge *libri* sola saxi robore *Welckerus l. l. p. 817* sola saesie probore *libri*, nisi quod probare *W* solas saxi robore *Vossius. An solo s. r.?* atque fruges frende s. s. r. aereas *Ungerus electt. crit. p. 13* fruges frendebo (s. frendeto) solido s. r. *L. Mueller annall. philoll. 1867 p. 491* 12 siet *Bothius* sit *Varro* 13 torrens torret *Isidori libri utroque loco* 14 *Scaligero duce reconcinnaui in Coni. p. 7* 15 que *Mercerus* quae *libri* dicitis secuis *Leid.* 16 a uel e *Buechelerus, om. libri*

XI (5)

Sed cūm animo attendi ad quaerendum, quid siet

XII (10)

... cēruicūm

Florós dispendite crīnes.

XIII (1)

20 Saluete, gemmi, meā propages sāguinis!

XIV

Persius I 77 'sunt quos Pacuuiusque et uerrucosa mo-
retur Antiopa, aerumnis cor luctificabile fulta.'

Certe cor luctificabile pro ipsis Pacuui uerbis haberi
licet. (Cf. inc. fab. VII.)

XV

20^a illuue cōrporis

'Et coma prolīxa impexa cōnglomerata atque hōrrida

XVI (XIV)

Martianus Capella III 257 'nam Setum' (sic Bamberg.
et Reichenauensis. Sethum uulg.) 'dicebant, quem nunc
Zethum dicunt.'

eiter ...' X Non. 73, 15 'amolimini est recedite uel tollite ... Pacuuius
Hermiona ... idem Antiopa ...' XI Non. 238, 15 'attendere est
intendere ...' XII Seruius in Aen. XII 695 'fluos Lauinia crines:
antiqua lectio flores habuit, i. e. florulentos, pulchros: et est sermo
Ennianus. Probus sic adnotauit: neotericum erat fluos, ergo bene
floreos, nam sequitur: et roseas laniata genas ... P. Antiopa ...'
XIII Non. 64, 30 'propages est series et adfixio continua uel longe
ducta ...' Idem 221, 7 'propago, propages ut saepe generis est femi-
nini.' XV Schol. Persii I 77 'Antiopam uerrucosam Persius dicit quae
apud Direen in squalore fuit seruitio oppressa. sic illuue'
e. q. s. Pacuuiana uerba agnouit O. Iahnus ephem. archaeol. 1853
p. 77. sic] fortasse Pac. fuisse coniecit L. Mueller mus. Rhen. XXIV
495 XVI Priscianus I p. 561 P. 'T et Z in graecis tantummodo po-
nuntur dictionibus, quamuis in multis ueteres haec quoque mutasse in-
ueniantur, et pro T V, pro Z uero, quod pro SD coniunctis accipitur,
S uel SS uel D posuisse, ut ... Saguntum, massa pro Ζάκυνθος, μᾶζα

17 animum Iunius, recte, ut uidetur quaerendum edd. que-
rendum libri 19 flores Delrio floeos Seruius dispendite scripsi.
disperdit Seruius dispergite Delrio 20 Sic ex cod. Monacensi s.
XI edidit L. Mueller l. l. illuue c. et c. promissa i. e. horrida ed.
princ., unde iambos i. e. Coma promissa impexa glomerata horrida
M. Hauptius effinaxerat.

ARMORVM IVDICIVM

I (5)

. . . . séque ad ludos iam ín de abhinc exérceant.

II (10)

Quí uiget, uescátur armis, út percipiat praémium.

III (1)

. . . qui sése adfines ésse ad causandúm uolunt,
Dé uirtute is égo cernundi dó potestatem ómnibus.

IV (8)

25 'An quis 'est qui té esse dignum, quícum certetúr, putet?

V (9)

. . si non ést ingratum reáipse quod fecí bene.

VI (16)

túque te

Désidere [in lécto residem,] nós hic esse in [míseriis
Máluisti.]

... Sethus' (immo Setus, ut docuit Ritschelius de epigr. Sorano p. 26) 'pro Ζηθος dicentes, et Medentius (Medientius' alii codd.) 'pro Mezentius.' Haec ad Pacunium uideri spectare monuit Fleckeisenus Epist. crit. ad F. Ritschelium p. XIII Praeterea locupletari huius fabulae reliquiae possunt his: inc. fab. I—VII. LIII, inc. inc. fab. LXX. CXIX. CXX.

ARMORVM IVDICIVM I Charisius II p. 175 P. 'abhinc P. in armorum iudicio: seque' e. q. s. II Non. 416, 1 'uesci etiam significat uti ... Pacuuius Chryse ... idem Armorum iudicio ...' III Non. 89, 11 'causari causam dicere uel defendere ...' Idem 261, 19 'cernere rursus dimicare uel contendere ...' IV Non. 473, 14 'certatur pro certat.' V Festus p. 278 M. 'reapse est re ipsa. Pacuuius in Armorum iudicio ...' Paulus p. 279 M. 'reapse est re ipsa. Pacuuius: si' e. q. s. VI Festus p. 281 M. '[reses et residuus dicitur ignauus, quia] residet. Accius — — — Pacuius in arm[orum iudicio ...] tuque' e. q. s.

21 seseque *Hermannus Opusc. VII 366* abhinc] *cf. Lachmannus in Lucr. III 954* 22 it *Geneu.: an et?* 23 adfines *Iunius adfinem libri* 24 de uirtute et ego potestatem cernundi do omnibus *libri p. 261* 26 si non *Paulus sino Festi cod. teste H. Keilio (Mus. Rhen. VI p. 624)* re abse *Festus* bene *om. Paulus* 27 *sqq.* tuque te desider nos hic essem *Festus teste H. Keilio.* tuque te Desidere mauis residem, nos hic esse in miseriis *G. Hermannus* tuque te d. m. r. at contra nos hic esse in labore *Vrsinus*

VII (7)

30 . . . die quid fáciam: quod me móneris, effectúm dabo.

VIII (3)

Próloqui non paénitebunt líberi ingrato éx loco.

IX (6)

. . . et aecum et réctum est, quod [tu] póstulas:
Iuráti cernant.

X (14)

. nilne ad te dé iudicio armum áccidit?

XI (4)

35 Quod égo inaudiui accípíte, et quid sit fácto opus decérnite.

XII (12)

Cúm recordor eús ferocem et tóruam confidéntiam

XIII (11)

. . . feróci ingenio, tóruus, praegrandi gradu

XIV (13)

Nám canis, quando ést percussa lápide, non tam illum
ádpetit,

VII Non. 507, 25 'moneris pro monueris.' VIII Non. 475, 18 'paenitebant.' (poenitebat Bamb.) IX Non. 261, 13 'cernere, iudicare.' X Cicero Orat. 64, 155 'at ille alter in Chryse . . . nec enim dixerim tam libenter armum iudicium, etsi est apud eundem: nilne' e. q. s. XI Non. 126, 23 'inaudire, audire . . .' XII, XIII Festus p. 355 M. 'toruitas a ferocia taurorum dicta est. Pacuvius in Armorum iudicio [XIII] et [XII]' Nonius p. 262, 11 'confidentia rursum temeritas, audacia. Pacuvius in Athalanta [IV] idem lib. X' e. q. s. Secuntur nimirum Lucilii verba, sed post idem excidisse Pacuvii fr. XII et nomen Lucilii admodum probabiliter coniecit Rothius. XIV Non. 124, 2 'icit significat percutit, ab ictu . . .' (armoro iudi-

30 dabo *Iunius da libri Senarium toleravit G. Hermannus*

31 proloqui non poenitebunt, liberi ingrato *G. Hermannus* pro-
logo nunc paenitebunt libunt liberi grato *libri, nisi quod* poenitebunt
Bamb. et bibunt liberi W cf. Duentzerus Ephem. Marb. 1848 p. 486

32 tu om. *libri* et aequum est et rectum hoc quod postulas
G. Hermannus [illud num] et aecum et rectum sit quod postulas
Buechelerus, quae cum fabula minus videntur congruere.

34 nilne *G. Hermannus* nihilne *libri* 35 quod ego inaudiui *libri*
quod ego indaudiui *Kiesslingius* quod inaudiui *G. Hermannus. Possis*
etiam senarium uoce opus claudere 37 praegrandi *uulgo* praeg-
nandi *cod. Eis, qui senarium praeferunt, repugnari nequit*

Quí sed icit, quam íllum eumpse lápidem, qui ipsa ieta
ést, petit.

XV (17)

40 mén seruasse, ut éssent qui me pérderent!

XVI (2)

41 Pro império agendum est. — Quís uetat qui ne áttolat?
42

ATALANTA

I (10)

Paréntum incertum inuéstigandum grátia

II (14)

44 Dólet pigetque mágis mágisque mé conatum hoc néqui-
45 quam itiner.

cio Vrbin. 307 uetusta uel plebeia forma) XV Suetonius Caes. 84 'inter ludos' (funebres Caesaris) 'cantata sunt quaedam ad miserationem et inuidiam caedis eius accommodata ex Pacuui Armorum iudicio . . .' Appianus bell. ciu. II 146 ὡς δ' ἐπὶ τοῖς λόγοις ἕτεροι θρηνοὶ μετ' ᾧδῆς κατὰ πατριον ἔθος ὑπὸ χορῶν ἐς αὐτὸν ἤδοντο, καὶ τὰ ἔργα αὐτῆς αὐτοῦ καὶ τὸ πάθος κατέλεγον, καὶ πον τῶν θρηνῶν αὐτὸς ὁ Καῖσαρ ἐδόκει λέγειν ὅσους εὖ ποιήσῃ τῶν ἐχθρῶν ἐξ ὀνόματος, καὶ περὶ τῶν σφαγῶν αὐτῶν ἐπέλεγεν ὥσπερ ἐν θαύματι· ἐμὲ δὲ καὶ τοῦσδε περισῶσαι τοὺς κτενοῦντάς με; οὐκ ἔφερον ἔτι ὁ δῆμος κ. τ. λ. Conferri iubet Langius Vind. p. 34 Ciceronis Phil. II 3, 5: 'quod si esset beneficium, numquam qui illum interfecerunt, a quo erant conseruati' (seruati alii praeter Basilicanum) . . . 'tantam essent gloriam consecuti.' XVI Non. 246, 4 'attollere significat erigere . . . attollere, adferre Pacuuius Medo . . . idem Armorum iudicio . . .'

Alexander Guarinus in expositionum fol. XVII^b ad Catulli 17, 6 'Pacuuius in armorum iudicio: pro imperio salisubsulus si nostro exebet,' quae ad Perotti copias et similia reicienda sunt, quamquam defensa a Naekio opusc. I 107. cf. Lud. Schwabius ad Catulli l. l.

ATALANTA I Non. 495, 26 'accusatiuus numeri singularis positus pro genetiuo plurali . . . P. Athalanta . . .' II Non. 490, 14 'itiner pro iter . . . P. Athalanta . . .'

39 sed *Ritschelius nou. excurs. Plaut. I 51 se libri sese Vossius* eumpse *Vossius* eum ipsum *libri* qui se icit, quam illunc eumpse *G. Hermannus* 41 sq. quis uetat quisne attollat *libri* qui uetat, Né quis attollat *G. Hermannus* ne quis attollat ueta *Grotius, probat Vossius, cui non minus placet ueto. Fuit cum in illo* quisne *latere* corpus ne *suspicarer.* attollat *suasit Buechelerus* 44 sq. *Agnouit octonarium Buechelerus, senariorum frustula . . dolet p. m. m. me Conátum h. n. i. Vossius dederat.*

III (22)

[Tamen] étsi metuo píeta de pallá plagam

IV (3)

Gradere átque atrocem coéree confidéntiam!

V (24)

. . . . extrémum intra cānterem ipsum praégradat
Párthenopaeum.

VI (2)

50

51 Viám quam insistam dúbito aut quod primórdium

Capíssam ad stirpem exquéndum

VII (8)

Quás famulitas nís egestas fáma formidó pauor

VIII (12)

Hiát sollicita, stúdio obstupida, súspecta animo cíuitas.

III Non. 378, 6 'plaga aliquando pars lecti, aliquando omnis. P. Atalanta . . . ut sit plaga quem nunc dicimus clauum. Varro Prometheo: eburneis lectis et plagis sigillatis. Afranius: palam facto demea et plagulam de lecto pellis dimitte in ordine.' IV Non. 262, 10 'confidentia rursus temeritas, audacia. P. in Athalanta . . .'

V Non. 65, 1 '[praegradat,] praegreditur, antequam: dictum a gradu. Pacuvius Tantalos: extremum' e. q. s. (Atalanta Iunius)

VI Non. 226, 32 'stirpem . . . masculino . . . P. Athalanta . . .'

VII Non. 109, 28 'famulitas est seruitus . . . VIII Non. 429, 5 'inter urbem et ciuitatem hoc interest: urbs est aedificia, ciuitas incolae . . . P. Athalanta . . .'

46 etsi metuo picta de plaga pallam libri, defendit Palmerius Spicileg. ap. Grut. IV 782 pluma plagam olim scripseram

47 coeere Aldina coercere libri 48 cānterem W campterem Iunius, Turnebus Adu. XXIV 19 cancerem ms. Iunii, unde hic: carcerem

49 Parthenopaeum Scaliger Coni. p. 11 Parthenoreum libri. An Parthenopaeus et u. antecedenti ipsam? 50 dubito quam insistam

uiam libri, quam qui clausulam uersus fecerit, a sequentis initio tres iambo deesse statuet, nisi hos accentus aut quod primordium e. q. s. probauerit.

52 ad Aldina a libri exquirendum Bentinus exquirentem libri 53 formido pudor Leid., quod potest ue-

rum esse 54 hiát uel hiát] hil libri nil Iunius in mg. nunc Bothius 2 suspensa Iac. Maehly ann. philoll. 1857 p. 286 suspenso libri

IX (9)

55 Mórtem ostentant, régno expellunt, cónsanguineam esse
ábdicant.

X (1)

56 Tégiae nunc nemorális regnum pótitur transmissú patris.
57

XI (18)

58 Quid istúe est? uultum quaé caligat trístitas?
59

XII (15)

60 Quae aégritudo ínsolens méntem attemptát tuam?

XIII (7)

Hábeo ego istam quí distinguam intér uos geminitúdinem.

XIV (21)

. . . . ís uestrorum utér sit, cui signúm datum est,
Cétte.

XV (6)

Suspénsum in laeuo bráccchio ostendo úngulum.

IX Non. 450, 30 'abdicare non solum de patris facto potest dici, quod est familia abicere, sed rem quamlibet negare. P. Athalanta ...'

X Non. 481, 31 'potior illam rem pro: illa re potior P. Athalanta ...' XI Non. 182, 1 'tristities' (tristitias libri) 'pro tristitia. Paenuius Atalanta ... Turpilius Leucadia [XVI]' XII Non. 322, 17 'insolens rursus non solens ... P. Athalanta ...' XIII Non. 116, 18 'geminitudinem.' (Athalanta Bamb.) XIV Non. 85, 4 'cette significat dicite nel date, ab eo quod cedo ...' XV Festus p. 375 M. 'ungulus Oscorum lingua anulus — — Paenuius in Iliona — et in Atalanta ...'

55 *An consanguineum?* 56 sq. regi ut memorabis nunc libri Regi ut memorani, is nunc Bothius Regi id memora, qui nunc Vossius Regi Meleagro: is nunc Grotius *Bibl. crit. n. IV*. Tegiae memorani nunc Buechelerus. *Olim haec fere commentus eram: non propages regia, 'At enim nunc nemoralis e. q. s. regem potitur Bamb.* 58 sq. *Restituit uersum Buechelerus. quid istue (istie Leid., etiam in W dimidia parte litterae u crasa) est uultum alligateque tristitias libri, in quibus alligat quae Iunius, tristities Bothius agnoscere sibi uisi erant. quis istie uoltus caligans? quae tristitas? Scaliger in Aetnam p. 155* 61 abeo Bamb. 64 in om. *Vrsinus' et Vaticanus S Mommseni (commentt. acad. Berolin. a. 1864 p. 83) brachio cod. cf. Lachmannus in Lucr. VI 434*

XVI (4)

65 Nam quód conabar, cum ínteruentum est, dícere,
Nunc éxpedito.

XVII (17)

Mi gnáte, ut uerear éloqui, porcét pudor.

XVIII (5)

Triplicém uirili séxu partum prócreat.

XIX (13)

Vbi égo me grauidam séntio adgrauéscere
70 Propínquitate párti

XX (19)

Cum incúltos peruestígans rimarém sinus

XXI (16)

Sempér sat agere ut né in amore animum óccupes.

XXII (20)

Cóncentare ac díssentire párti ac da rursum aéquiter.

XVI Non. 505, 3 'expedito pro expeditam. P. Athalanta ...'

XVII Non. 160, 1 'porcet significat prohibet.' XVIII Festus
p. 334 M. 'sexu, natura habituque ex Graeco, quam illi uocant ἑξίτη
— Pacuius in Atalanta ...' XIX Non. 486, 3 'parti et partnis'
(partui Bamb.) 'pro partus. Pacuius Athalanta ...' (cuius W)

XX Non. 382, 7 'rimari dicitur scrutari, quaerere . . . P. Athalanta ...'
XXI Non. 355, 27 'occupare est rursus detinere . . . P. Athalanta ...'
XXII Non. 512, 27 'aequiter pro aequae. P. Athalanta ...'

66 non expedito *Bamb.* 67 mi gnate *Leid.* cum aliis magna
te *W* eloqui *Iunius loqui libri* 69 aggrauescere *Aldina adgra-*
nascere *libri* 70 propinquitate *Bamb.* partis *Leid. Bamb.*
71 rimare *Geneu.* rimaris *Basil.* inrimare *ceteri libri.* aut rimarer *aut*
inrimat *Vossius* 72 semper sat agere *Bothius* 2 super satis agere
libri ut ne in mare animum occupes *libri* in amore ut ne tu a. o.
Bothius 2 73 concertare ac dissentire partem da cursum aequiter
libri consentire ac d. partim dare ius aequiter *Vossius, praecunte* con-
sentire *Scriuerio.* In nostris rursum occupauit *Bothius* aequiter *om.*
Bamb.

XXIII (11)

Omnés, qui tam quam nós [seuero] séruunt

75 Sub régno, callent dóninum imperia métuere.

XXIV

75³ Tegeaéa Arcadiae eúitas

CHRYSES

I (14)

interea loci

Flucti flacciscúnt, silescent uénti, mollitúr mare.

II (11)

Própemodum animus cóniectura de érrore eius aúgurat.

III (13)

Atque, ut promeruít, pater mihi pátriam populauít meam.

XXIII Non. 258, 1 'callet significat scit: hoc est calliditate, quae est urbana scientia ...' XXIV Schol. Leid. ad Verg. Ge. I 18 'Tegeae uero a deriuatione est quod est Tegeacus: a Tegea oppido Arcadiae. Item Tegeaea Arcadiae ciuitas, ut apud Pacuuium in Atlantanta: Tegeaéa Arcadiae ciuitas, et reliqua.' (Tegaeae — Tegaeus — Tegaeo — Tegaea — manclanta Tegaea cod.: cf. Wagnerus in Verg. Aen. V 209) Descripseram haec et emendaueram anno 1852 in addendis p. XI Danielis Heinsii manu enotata: postea Th. Mommsenus in mus. Rhen. XVI 453 pauca ex ipso codice excerpta 'Tegea Arcadiae ciuitas, ut apud Pacubium in Antlanta' primus edere sibi uisus est.

Non plane praetereundum uidetur schol. Veronense ad Verg. Aen. XII 468 p. 107, 5 K. 'Iuturna uirago] — — — qualis in tragoediis Atlantanta traditur.' Praeterea reddendum huic fabulae suspicor inc. fab. fr. X; incertior coniectura de fr. V.

CHRYSES uel potius CRYSSES. In librorum indiciis latent hae formae: Cryses (Chryses) Crises (Chrisis) Croeses (Chroeses) Chirises. Acta uidetur post annum 608 nec ita multo ante 615: cf. quaest. scen. p. 285 sq. I Non. 488, 14 'flucti pro fluctus ...' (Crysaë Bamb.) Cicero de orat. III 42, 167 'neque factum uerbum est, ut mare saxifragis undis, neque translatum, ut mollitur mare.' II Non. 469, 8 'auguro' (augurio Bamb.) ... 'P. Chrysaë ...' III Non. 39, 31 'populare significat populi amorem conciliare: unde populares dicti, de uno populo amici.' (Gresse W. Leid.)

74 seuero *om. libri* 75 dominum imperia *Mercerus* domitum imperio *libri, nisi quod imperium Basil. et Vrbin.* 308 dominum imperium *Faber* domiti imperio *Bothius* metueres *Basil. Geneu.* 76 interea loci *Gulielmus in Plaut. Mil. c. 4* inter ea loca *libri, nisi quod iter W* 78 eius *edd. etius h. e. eius ceteri libri: cf. Corsenus de pronunt. I² p. 20. 301 sq. et Buechelerus declin. Lat. 39* 79 pater, qui patriam *Vossius*

IV (5)

80 Cinés, antiqui amíci maiorúm meum,
 Consílium socii, augúrium atque extum intérpretes,
 Post quám prodigium horríferum, portentúm paucos

V (4)

. . . nam isti quí linguam auium intéllegunt
 Plusque éx alieno iécore sapiunt quam éx suo,
 85 Magis aúdiendum quam aúscultandum cénseo.

VI (2. 8. 3)

Hóc uide, circúm supraque quód complexu cóninet
 Térram
 Sólisque exortú capessit cándorem, occasú nigret,
 'Id quod nostri caelum memorant, Gráí perhibent aéthera:
 90 Quídquid est hoc, ómnia animat fórmát alit augét creat
 Sépelit recipitque ín sese omnia, ómniunq; idem ést
 pater,
 'Undidemque eadem aéque oriuntur de íntegro atque
 eodem ócidunt.

IV Cicero Orat. 16, 155 (postquam de Ennio dixit) 'at ille alter in Chryse non solum [80], quod erat usitatum, sed durius etiam [81], idemque pergit [82], quae non sane sunt in omnibus neutris' (nostris?) 'usitata.' V Cicero de dia. 157, 131 'ut ille Pacuvianus, qui in Chryse' (chrysi Leid. Am. 2, Vindob. chrysi Leid. Am. 1 chrysi * Leid. B) 'physicus inducitur, minime naturam rerum cognosse uideatur [83—85] Cur? quaeso. cum ipse paucis interpositis uersibus dicas satis luculente [90—92].' Non. 246, 9 'auscultare est obsequi. Pacuuius qui se [85].' (Chryse Iunius) VI Varro de l. L. V 17 M. 'sic caelum et pars eius, summum ubi stellae, et id quod Pacuuius, eum demonstrat, dicit [86. 87] cui subiungit: id quod nostri caelum memorant.' Ibidem 19 'et hinc caelum, quoniam, ut dixi, hoc circum . . . terram cauum

82 paucos *Gud. b* paucos *ceteri* 83 isti *Erl. Vind. Leidenses tres, defendit Oudendorpius ad Sueton. de ill. gramm.* 11 istos *Oxon. Rehdig.* istis *Salisb. cum ceteris* 84 quam suo *duo codd. Orellii* 86 uide, circum supraque quod *Lachmannus in Lucr. V 318* uide circum supraque, quod *uulgo ad u.* 99 *adiungendum putauit Scaliger.* 88 *Hic inserui quem capessit ed. 1526* rapessit *libri* nigret *Vrbín. nigri ceteri libri* 89 id quod nostri caelum memorant *Varro* hoc, quod memoro, nostri caelum *Cicero* terram, nostri caelum memorant *Heindorfius* 90 hoc *om. Erl.* 91 id est *Leid. B m. 1* 92 eadem aequae *Buechelerus* eadem quae *Leid. A* eademque *ceteri* atque *libri* aequae *Scaliger*

VII (15)

Máter est terra: éa parit corpús, animam aeter ádiugat.

VIII (Anchis.)

Ídae promuntúrium quoius língua in altum próicit

IX (6)

95 incipio sáxum temptans scándere

Vórticem, summúsque in omnis pártes prospectum aícupo.

X (16)

aésti forte ex árido

caelum.' cf. Lucr. V 318 sqq. Cicero de nat. deor. II 36, 91 'mutuemur hoc quoque uerbum dicaturque tam aether Latine, quam dicitur aër, etsi interpretatur Pacuuius: hoc, quod memoro, nostri caelum . . . aethera. Quasi uero non Graius hoc dicat. At Latine loquitur.' (Deest hic locus in Vind. et Palat.) Idem de diu. I 57, 131 [90—92] (cf. V) Non. 144, 10 'nigret, nigra fit. P. Chryse [88].?' (crise Vrbm. 307) Versus 86 87 89 cum 90—92 coniungendos esse perspexit Scaliger, quem contra Antiopae illos inserendos censet Bergkiius Ind. lect. Marb. lib. 1849 p. XIII. Cf. ad hoc et sequens fr. Euripidis ex Chrysippo fr. 836 N., quo uel dubium fit annon latina quoque fabula, unde fr. V. VI. VII deprompta sunt, Chrysippus potius quam Chryses appellata fuerit. VII Non. 75, 11 'adiugare, adiungere. Plautus Chryse . . . idem Iliona . . .' (Pacuuius Aldina) Varro de l. L. V 60 M. 'caelum et terra omnia exgenuerunt . . . recte igitur Pacuius' (sic Flor. teste Wilmannsi) 'quod ait: animam aether adiugat.' VIII Gellius IV 17 (positu, non natura produci in uersu obiebat conicere subicit inice subices uocabula) 'id ipsum autem uerbum' (sc. iacio) 'M. Cato sub alia praepositione dicit . . . proicit in altum. Et Pacuuius item in Chryse . . .' (Chryse Vat. Reg. cse Rott. chise, Anchise, Anchise recentiores) IX Non. 467, 15 'aucupau, actinum positum pro passiuo . . . Pacuuius Chryse . . .' (Chryse edd. Crysae libri plerique Cresae Bamb.) X Non. 484, 11 'aesti pro

93 aether (ether *Flor.*) *Varro* ater *Nonius* adiugat *Varronis libri* mater est terra, haecce corpus parit, animam aether adiugat *Bothius* 1 mater est terra; parit corpus ea, a. a. a. *idem* 2. *Modulatus scribas*: mater terrast, parit haec corpus, animam ei aether adiugat *uel cum Vsenero* haec parit corpus, animae uim a. a. 94 *Idae Vossius, prob. Fleckeisenus in quinquag. titulis p. 25 id libri, quod seruat M. Hertzius trochaeum initio uersus deesse statuens.* *Ida prom. N. Heinsius in Verg. Aen. X 587* prūturiū *Vat.* promuntorium *Reg.* promātorium *Rott.* promontorium *ceteri* língā *Vat.* linguam *Rott.* próicit *Vat. Rott.* próicit *ceteri* 95 saxi *Bothius* 2 96 uerticem *W* summusque in omnis *Bothius*, qui tamen senarios numerauit. in summis dein hominis *libri*, sed hominibus *Bamb.* in summum, dein in omnis *Lipsius A. L. IV 5, Scaliger (nisi quod hic deinde)* summum, atque in omnis *Bothius* 2 97 fonte *Osannus*

XI (10)

adiutámini et deféndite!

XII (7)

Est ibi sub eo sáxo penitus stráta harena ingéus specus.

XIII (21)

100 Si quá potestur ínvestigari uia

XIV (18)

Inuéni, opino, Oréstes uter essét tamen.

XV (17)

102 Ossuum inhumatum aestuosam aulam
103

XVI (19)

pró merenda grátia

105 Simíl cum uideam Gráios nil medióriter

Redámptuare opibúsque summis pérsequi

aestus. P. Chrysaë . . .’ (Chrysaë Bamb.) XI Non. 74, 1 ‘aiutamini pro aiutate. P. Cryse . . .’ Donatus in Ter. Adolph. prol. 16 ‘legitur et adiutare. Pacuuius in Chrese: adiuta mihi.’

XII Festus p. 343 M. ‘specus feminino genere pronuntiabant antiqui — et Pacuuius in Chrese: est’ e. q. s. XIII Non. p. 508, 28 ‘potestur pro potest.’ (Chryse Bamb.)

XIV Non. 475, 1 ‘opino pro opinor . . . Pacuuius Chryse . . . Euius Eumenidibus: tacere opino esse optimum et pro uiribus’ e. q. s. (Chrysaë Bamb. Orestes . . . optimum om. Bamb.) Cf. inc. fab. XIII^b XV Priscianus VI p. 710 P. ‘quidam tamen ueterum et hoc ossu et hoc ossum proferbant, unde Pacuuius in Chryse . . .’ (Pacuuius Sang. Carlsr. Grut.

chrisse Sang. chrise Grut. chrisse Karolir. chryse Bern.) XVI Festus p. 273 M. ‘redantruare dicitur in Saliorum exultationibus: cum praesul ampirauit, quod est motus edidit, ei referuntur iniuicem idem motus — Pacuuius (teste H. Keilio l. l. p. 624): pro’ e. q. s. Non. 165, 18 ‘redandruare, redire . . . P. Chryse: Graecos nihil m. r.’

98 adiutamini *Nonius* adiuta mihi *Donatus*, cf. *Ritschelius Mus. Rhen. I* p. 147 101 opinio *Leid. W*, sed in *Leid. i* posterius *compunctum* opino esse optimum *Orestes libri*, nisi quod *Orestes om. Bamb.* uter esset *Rothius*, *Duloresti hunc uersiculum ascribens*, ut heres sed *libri plerique, om. Bamb.* 102 ossuum, quod *conieceram, Bamberg.* ossum *ceteri libri* inumatum *Sang.* aestuosam *suprascr.* uel actuosam *Bern.* 103 auram *libri*: cf. *ad u.* 114 aestuosam | aulam *olim distribueram* 104 promerenda *Vrsinus interpunctione post gratia posita.* proacerenda *cod.* promerendae *Scaliger* 105 Graecos *Nonius* nihil *libri* 106 redandruare *Nonius*

XVII (22)

. . . atque eccos únde certiscént . . .

XVIII (9)

. fúgimus: arte hac uéscimur.

XIX (20)

Pérque nostram unánimitatem egrégiam, quam [nec]
mémoria

110 Déiugat

XX (12)

Set céssó inimicitiam íntegrare?

XXI (1)

Di mónerint meliora átque amentiam áuerruncassínt
tuam!

XVII Non. 89, 21 'certissant, certa fiant. P. Chrysaē . . .'
XVIII Non. 415, 34 'uesci etiam significat uti . . . P. Crisse . . .'
XIX Non. 101, 27 'deiugare, deiungere, separare, dissociare . . .'
Idem 142, 31 'memoriam positum pro uetustate.' XX Non. 127, 4 'inte-
grare, redintegrare . . .'
XXI Pauli Festus p. 373 M. 'uerruncant, uertant. Pacuius: di' e. q. s. 'id est auertissent.' (auertissint?)
Varro de l. L. VII 102 M. 'apud Pacium' (sic Flor.): 'di' e. q. s. 'ab auer-
tendo auerruncare.' Non. 507, 26 'moneris pro monueris. Pacuius
Armorum iudicio . . . idem Chryse: di monerint meliora.' Idem 74, 22
'aberruncare, auertere. Lucilius lib. xxvi: di minuerint me-
liora, amentiam aberruncassint tuam! Pacuius Medo [XVII]
M. Tullius de finibus bonorum et malorum: di maluerunt
meliora atque amentiam aberruncassint meam!' (cf. idem 70,
15 sqq.) Tetigit has turbas Paulus Schmidt de Nonii Marelli auctori-
bus grammaticis p. 11. Referenda uidentur ad hanc fabulam inc. fab.
XIII^b XIV. XV. inc. inc. fab. LXXIII; nec aliena ab eadem inc. fab.
XII. XIII^a. XIX. XXII. XXIII.

107 atque *Vrbín.* 307, *Bentinus aquae libri* certiscent *Vos-*
sius certissent libri 108 fugimus qui arte *libri.* *Minus placet*
fugimusque, arte 109 egrégiam unánimitatem *libri: transposui cae-*
surae causa, sed cf. 123 nec *om. libri* immémoria *Vossius*
memoria nulla olim temptaui defugat *Leid. p. 142* 111 *Vulgo*
sine interrogandi signo legitur 112 *dī Varronis Flor. de W*
p. 507 minuerint et maluerunt *Nonius p. 74* minuerint *W. p. 507*
atque *om. Nonius p. 74, 24* auerruncassent *Paulus* aberruncas-
sint *Nonius bis* tuam *om. Varro meam Nonius p. 74, 29*

DVLORESTES

I (4)

hymenaeúm fremunt

Aequáles, aula résonit crepitu músico.

II (12)

115 Gnatám despondit, núptiis hanc dát diem.

III (18)

Respónsa explanat: mándat ne matrí fuat
Cognóscendi unquam aut cóntuendi cópia.

IV (32)

Aut híe est aut híe ádfóre actutum aútumo.

V (7)

119 Hícine is est, quem fáma Graia ante ómnis nobilitát
120 uiros?

VI (21)

Délfos uenum pécus egi, inde ad stábula haec itiner
cóntuli.

DVLORESTES AN DOLORESTES rectius appelletur dubium. I Non. 505, 1 'sonit pro sonat P. Duloreste . . .' (Duloreste Bamb.) Prope absunt ab Euripideis in Iphig. Taur. 355

Ἀργεῖαί τε νῦν
ὑμνοῦσιν ὑμεναίοισιν· ἀνλείται δὲ πᾶν
μέλαθρον.

II Non. 522, 7 'diem uolunt, eum feminino genere dicimus, tempus significare, masculino diem ipsum: nos contra inuenimus . . . P. Duloreste . . .' (Duloreste Bamb.) III Non. 111, 6 'fuam, sim uel fiam. P. Duloreste . . .' IV Non. 237, 11 'autumare est sperare. P. Duloreste . . .' V Non. 352, 10 'unde et nobilitarent, notificarent dictum est . . . Pacuius Duloreste . . .' VI Non. 490, 16 'itiner pro iter . . . Pacuius Atalanta . . . idem Duloreste . . .'

114 aula *Scaliger Coni. p. 69 aura libri* 115 gratam *Bamb.*
nuptiis hanc dicit diem *ante Aldinam* nuptiis dicit diem *G. Hermannus Ephem. Lips. 1828 n. 13, si quidem in prologo haec narrata sint* 116 ne *Iunius me libri* matris *suspicitur fuisse Buechelerus* 118 *An: aut ést hic?* 119 he *hicine is Geneu.*
he *hic tu eis Basil.* he *hecine is ceteri libri* fama *Graia Grotius Bibl. crit. nou. IV, Bergkius Ephem. Marb. 1851 p. 221 fame gratia libri* *famae gratia edd. uett. formae gratia Scaliger Coni. p. 82, Hermannus fama Graii L. Mueller de re m. 421* nobilitant *idem*
121 *Delfos uenum pecu secunde ab stabula ac itiner libri, nisi quod*

VII (14. 24)

. . . primum hóc abs te oro, ní me inexorábilem
Fáxis: ni turpássis uanítudine aetatém tuam,
'Oro, niue pléctas fandi mí prolixítudinem.

IX (19)

128 Nón decet animum aégritudine ín re crepera cónfici.

X (17)

Nónne officium fúngar uulgi, atque aégre male factúm
feram?

XI (28)

130 Sí quis hac me orátione incílet, quid respóndeam?

XII (36)

Nunc ne illum expectes, quándo amico amíciter
Fecísti

XIII (27)

. . quidnam autem hoc sóniti est, quod stridúnt foris?

VII Non. 184, 4 'uanitudo pro uanitate . . . P. Duloreste [122. 123].' Idem 160. 10 'prolixitudinem. P. Duloreste [124].' Vtrumque locum coniunxit Lachmannus in Lucr. II 734 VIII ad inc. fab. fr. XIII^b relegauit. IX Non. 13, 28 'crepera res proprie dicitur dubia . . . P. Duloreste . . .' X Non. 497, 16 'accusatiuus positus pro ablatino . . . P. Duloreste . . .' (Duloreste W Bamb.) XI Non. 125, 4 'incilare est increpare uel improbare . . . P. Duloreste . . .' XII Non. 510, 22 'amiciter pro amice . . . P. Duloreste . . .' (Duloreste Bamb.) XIII Non. 491, 24 'soniti et sonu pro sonitus et sono. P. Duloreste . . .' (Duloreste Bamb.)

pecus secundae *Leid.* pucus saecundae *Bamb.* D. u. pecus egi, unde ad stabula itiner *Iunius in mg.* D. uentum, pecus egi inde ad stabula, ad itiner *Fossius* Delphos ueni impete secundo, ad stabulaque itiner *Hermannus* 122 ni me *Lachmannus* nimis libri ne me *Hermannus* ne mi *N. Faber* 123 ni aetatem tuam turpassis uanitudine *L. Mueller de re m.* 421 124 oro, niue *Lachmannus* oro (ero *W*) mi ne libri plectas *Bothius* flectas libri • flendi me prolixitudine *ms. Palat.* 128 decet *suasit Lachmannus* uetet libri aegritudine *Mercerus* aegritudinem libri 129 egre *Bamb.* malefactum *edd.* male fatum libri 130 An: hac si quis? 131 *Octonarium iambicum catalecticum* describit *L. Mueller de re m.* 422 ne hilum *Scriuerius* neilum in mentem uenit *L. Muellero mus. Rhen. XXIII* 697 quando] quã *Bamb.* 133 quidnam aut hoc *Bamb.* quid stridunt *Bothius* fori libri fores *Iunius*

XIV (15)

... ubi illic est? me miseram! quoniam clam se eliminat?

XV (20)

135 Vel cum illum uideas sollicitum orbitudine

XVI (2)

Pater Achiuos in Caperei saxis pleros perdidit.

XVII (31)

[nisi] me caluitur suspicio,

Hoc est illud quod fore occulte Oeax praedixit . .

XVIII (29)

Vtinam nunc matrescam ingenio, ut meum patrem ulcisci
queam!

XIV Non. 38, 31 'eliminare, extra limen eicere. P. Duloreste . . .?' Idem 292, 25 'eliminare rursus excludere. P. Duloreste . . .?'

XV Non. 146, 19 'orbitudinis pro orbitate . . . P. Duloreste . . .?'

XVI Priscianus V p. 668 P. 'uetustissimi tamen et altera utra . . . solebant proferre, et plerus plera plerum absque que additione . . . P. in Duloreste . . .?' (Pacubius Bamb. Bern. Halb. Carlsr. Pacuuius

Reg. Duloreste Reg. Dolores te Sang. Carlsr. Doloseste Fragn. Amienense)

XVII Non. 7, 3 'caluitur dictum est frustratur . . . P. Duloreste . . .?'

XVIII Non. 137, 7 'matrescam, matris similis fiam. P. Duloreste . . .?' Huc fortasse pertinet glossa in Onomastico Labbaei: 'matrescere, μητρᾶζειν.

134 ille libri p. 292 quoniam libri p. 292 clam se] clamor libri p. 292 clam clam libri p. 38 quam elamos. Fossius quoniam clamore Palmerius Spicileg. ap. Grut. IV 766 quam clamore Bothius quoniam clanculo se Hermannus quoniam clanculum se Bergkius Mus. Rhen. 1835 p. 77 An: ubi ille est? me miseram clamor quo-

niam eliminat —? 135 cum ultim Leid. 136 acheus Reg. acheos Bamb. Bern. Amienens. achaeos Sang. Karolir. achacios Halb. Scripsit Achiuos poeta cap^herei^s Reg. corr. m. 2 capherei Amien. Bern. Halb. Karolir. capherei Sang. Capharei vulgo. De forma genetiui cf. L. Mueller de re m. 267 prodidit Sangall. m. 1 137 sq. Trochaeos Bothius agnuit: cf. Geppertus de pronuntiatione sermonis Latini p. 115, CFW Mueller prosod. Plaut. 338 137 nisi me Bothius me libri ni Hermannus 138 in exitu patri suppleri possit, mihi addidit Geppertus. 139 matrissem CFW Mueller l. l. 372 maturescam olim conieci, quod ne nunc quidem ab omni probabilitate abhorrere sentio: si praeferatur, iambicum octonarium fieri recte monuit Muellerus l. l. meum deleueram olim

XIX (Enn. Dul.)

140 éxtemplo Aegisthí fidem

Núncupantes cónciebunt pópulum

XX (23)

Néc grandiri frúgum fetum pósse nec mitíscere

XXI (13)

quid? quod iam ét mehe

Pigét paternum nómen, maternúm pudet

145 Profári.

XXII (11)

Macte ésto uirtute, óperaue omen ádproba!

XXIII (8)

'Amplus, rubicundó colore et spéctu proteruó ferox.

XXIV (22)

'Is quis est? — Qui té, nisi illum tu ócupas, letó dabit.

XIX Non. 90, 12 'conciere, cum perturbatione commouere ... Ennius Duloreste ...' (Pacuius Scaliger Coni. p. 56. Exciderat fortasse cum Ennii uerbis nomen Pacuii: cf. inc. inc. fab. XII quae Ennio suo ascripsit Valenus Iphig. fr. XII** doloreste Vrbín. 307)

XX Non. 115, 11 'grandire est grandem facere P. Duloreste ...' (doloreste Vrbín. 307). Idem 343, 16 'mitis est maturus P. Duloreste ...'

XXI Non. 424, 4 'pudet et piget hoc distat: pudet enim uerecundiae est, pigere paenitentiae P. Duloreste ...'

XXII Non. 342, 1 'mactare est magis augere P. Duloreste ...'

XXIII Festus p. 330 M. 'spectu, sine praepositione P. in Duloreste usus est cum ait ...' Adiungi Vossius iussit inc. fab. XX.

XXIV Non. 355, 17 'occupare est proprie praeuenire P. Duloreste ...'

140 exemplo *Scaliger* 141 conciebunt *Leid.*, etiam in *W* u *suprascr.* conciebat *Vrbín.* conciebant *ceteri* 142 foetum *libri p. 343*

mitiscere *suprascr.* e *Leid. p. 115* mitescere *ceteri libri p. 115*

143 quod iam *L. Mueller de re m. 443* quondam *libri* quoniam *Iunius* quod *Bergkius l. l. 76* et mehe] cf. *Quintilianus I 5, 21* et mihi *libri* ei mihi *post Umpfenbachium meletem. Plaut. 5, L. Mueller l. l. et Buechelerus lat. decl. 25* 146 omen approba

Delrio omenque asprobo *libri* omenque approbo *edd. uel:* omenque approba *uel:* omen comproba *Albertus Langius Quaest. metr. p. 11*

147 propteruo *cod.*, quod nuper defendere conatus est *Bergkius annall. philoll. 1869 p. 479; corr. Vrsinus* 148 te nisi *Vossius* tunc si *libri* dabit *Seriuerius* dabis *libri* quem, si illum tu occupas, leto dabis *Hermannus*

XXV (30)

Heu, nón tyramum nóni temeritúdinem?

XXVI (3)

150 Set méd incertat díctio: quare éxpedi!

XXVII (16)

Nil cóniectura quíui interpretárier,

Quorsúm † flexiuice conténderet.

XXVIII (34)

Ísta si ita súnť promerita uéstra, acquiperare úť queam

Véreor, nisi numquám fatiscar fácere quod quibó boni.

XXIX (25)

155 Vnde exoritur? quó praesidio frétus, auxiliís quibus?

Quó consilio cónsternatur, quá ui, cuius cópiis?

XXV Non. 181, 21 'temeritudinem pro temeritate. P. Duloreste ...' XXVI Non. 123, 30 'incertat, incertum facit. P. Duloreste ...' Comparari potest Euripidis Iphig. Taur. u. 1162 *τί φοιμιάξει νεοχυόν; ἐξάυδα σαφῶς.* XXVII Non. 260, 10 'contendit proripuit vel direxit significat ... P. Duloreste ...' XXVIII Non. 307, 10 'fatiscere est aperire, rursus deficere ... P. Duloreste [153. 154]' Idem 479, 15 'fatiseuntur pro fatiscunt ... Accius Duloreste [154]' (Duloreste Bamb.) XXIX Non. 262, 32 'consternari significat deici. Consternari rursus erigi. Pacuvius in Periboea ... idem Duloreste ...'

149 heu, non *Mercerus* euno libri *egon ed.* 1526 eu, nunc *Bothius* ex te uno *Rothius* eiuno *Bergkii ephemer. studiorum antiq.* 1856 p. 131 *eho non ipse conieceram.* temeritudine olim conieci tyrannum interpretatus accusatum, genetivum agnovit *Mercerus*.

150 med *Bothius* ne libri me *Iunius* set tua me suspicatus eram. quare *Scriuerius* quam rem libri quin rem *Scaliger Coni.* p. 69 151 nil *Iunius in mg.* nihil libri 152 flexiuice libri flexiuia dictio *Grotius*, pulchre (nisi flexiloqua males), et probavit *Hermannus*. perplexa voce *Bothius* 2 flexa ceruice *Iunius in mg.* ceruice flexa *Stieglitzius* se contenderet *Bothius* 2 tum c. *Iunius in mg.* 153 ista si ita *Buechelerus* ut si ita libri at si ita *Guilielmus Misc. quaest. c. 2 apud Grut. III* 458 ut ista *Grotius Bibl. crit. nou. IV* nunc si ita *Schoppius Veris. III praef.* at ita si promerita uestra sunt conieci equiparare libri, cf. *Ritschellius Prol. Trin.* p. 83 et 96 154 nisi libri p. 307 si libri p. 479 sed *Grotius* peream, sin unquam *L. Mueller annall. philoll.* 1867 p. 494, quod praeter ipsum nemo facile intellet. quod quibo boni *Iunius in mg.* quod quiboni libri p. 307 quodquod quibo boni libri p. 479 155 auxilium *W*

XXX (33)

Illum quaero, qui ádiutatur.

XXXI (10)

Nam te ín tenebrica saépe lacerabó fame
Clausum ét fatigans ártus torto dístraham.

XXXII (37)

160 animum quae — — [moenis]

HERMIONA

I (18)

. quo tandem ipsa órbitas
Grandaéuitasque Pélei penúriam
Stirpís subauxit.

II (13)

Tristítia atque animi intóleranda anxítúidine

III (14)

165 át non cernam, nísi tagam.

XXX Non. 477, 26 'adiutatur pro adiutat. P. Duloreste . . .'

XXXI Non. 179, 14 'torto pro tormento. P. Duloreste . . .'

XXXII Non. 23, 13 'moenes apud ueteres dicebantur non a largitione, [quae] ignota erat, sed consentientes ad ea quae amici uelint. Pacuuius Duloreste: animum quae [Sallustius bell. Ingurth. 103, 6] tum largitio' e. q. s. (in doloreste Vrbin. 307.) Obscura sunt quae Nonius p. 345, 1 seruauit 'meret, humillimum et sordidissimum quaestum capit. Varro rerum humanarum . . . Lucilius . . . Varro Agathone Duloreste (doloreste Leid. m. pr.): qui merita hominem et seruum facit; unde et mercenarii et meretrices dicuntur. idem Eumenidibus: primum iste qui meret sestertios uicenos.' de quibus uide proll.

HERMIONA I Non. 116, 15 'grandaeuitas . . .'

II Non. 72, 33 'anxítudo . . .'

III Festus p. 356 M. 'tagit Pacuuius in Tenereo — et tagam idem in Hermiona . . .'

158 tenebrica sepe *Scaliger in Varr. de re r.* 113 tenebricas saepe libri 159 clausam coniecit *O. Iahnus Herm. II* 232, ut *Electrae uel mater uel Aegisthus minetur.* 161 quod tamen libri quo tamen *Bothius* quoi tamen *Grotius* 162 per penuriam libri 163 subaxet libri subaxit *Bothius* 165 at non *Bothius*, *Bergkius Ephem. Hal.* 1842 p. 239 aut non *cod.* haud concedam *CFW Mueller prosod. Plaut.* 372: probarem haut credam, olim haut cernam *suspícatu* tagat *Vaticanus S Mommseni (comm. acad. Berolin.* 1864 p. 64)

IV (12)

Cum néque me aspicerere aequales dignarént meae

V (10)

Príus data est quam tibi dari dicta; aút quam reditum
est Pérgamo.

VI (7)

Quód ego in acie célebra obiectans útam bellando áptus
sum

VII (26)

Quíd benefacta meí patris, cuius ópera te esse ultum
aútmant?

VIII (1)

170 régni alieni cúpiditas
Pelléxit.

IX (19)

[Tuo] súb iudicio quae ómnes tetinerím grados

X (22)

Nam sólus Danais híc domum itioném dedit.

XI (23)

Par fórtitudo, gémina confidéntia.

IV Non 470, 19 'dignavi pro dignatus sum vel dignum duxi . . .?' Sernius in Aen. XI 169 'alii dignem legunt iuxta veteres ab eo quod est digno . . .?' Diomedes I p. 395 P. 'digno ait Pacuvius in Hermiona . . .?' V Non. 280, 27 'dicere etiam promittere . . .?' VI Non. 234, 25 'aptus significat adeptus . . .?' VII Non. 237, 3 'autumare est dicere. Pacuvius Periboea . . . idem Hermiona . . .?' VIII Varro de l. L. VI 94 M. 'pellexit, quod in Hermiona, cum ait Pacuvius . . .' (ermiona et paculus Flor.) IX Non. 178, 14 'tetinerit pro tenuerit . . .?' X Non. 96, 1 'domutionem.' XI Non. 316, 18 'geminum rursus simile.'

166 cui *Monac. Diomedis* nequae *Paris. B Diomedis* me
om. Diomedes aspiceret *Nonius* inspicere *Seruius* meae *om. Dio-*
medes et Seruius 168 celebra *Bothius* celebri *libri* celebri *H. Ste-*
phanus crebro *Vossius* 169 benefacta mei *Mercerus* benefaciam
ei *libri* opera te *vulgo* opera opera te *libri* autumant *Bothius*
autumat *libri* 172 tuo *om. libri* tuo iudicio *Vossius* tetinerim
gradus *Vossius* grados tetinerim *libri* Graios tetinerim *dubitanter Bue-*
chelerus 173 Danais *Iunius in mq.* Danaps *libri* domutionem *libri*
domuitionem *Vossius* domitionem *flagitat L. Muellerus de re m.* 420

XII (8)

175 Laméntas fletus fácere compendí licet.

XIII (9)

Obnóxium esse aut brútum aut elinguém putes.

XIV (17)

'O flexanima atque ómnium regína rerum orátio!

XV (4)

Quántamque ex discórditate eládem inportem fámiliae

XVI (15)

Habet hóc senectus ín se, cum pigra ípsa sit,

180 Spisse út uideantur ómnia ei confíeri.

XVII (20)

Paucís absoluit, né moraret diútius.

XVIII (6)

. . Tundareo fíeri contuméliam,

Cuius páter ueretur máxume.

XII Non. 132, 29 'lamentas pro lamentationes.' XIII Non. 77, 33 'brutum dicitur hebes et obtusum . . . Pacuuius Ermiona . . .'
 XIV Non. 113, 32 'flexanima. Cicero de oratore lib. II: tantam uim habet illa, quae recte a bono poeta dicta est flexanima' e. q. s. 'Pacuuius Hermiona . . .'. Cicero de orat. II 41, 187. Tusc. disp. II 21, 47 'sed praesto est domina omnium et regina ratio.' Quintilianus I 12, 18 'quique illam, ut ait non ignobilis tragicus, reginam rerum orationem ponet ante oculos.' Non meminit huius loci Porsonus Euripidis Hecub. 816 *πειθῶ δὲ τὴν τύραννον ἀνθρώποις μόνην* a Quintiliano l. l. significari adnotans XV Non. 97, 1 'discorditas pro discordia.' XVI Non. 393, 2 'spissum significat tarde'
 XVII Diomedes I p. 395 P. 'moro . . . item P. in Hermione: paucis' e. q. s. XVIII Non. 496, 30 'cum sit: ueretur illam rem . . . ueteribus genetius pro accusatio poni placet . . .'

176 et obnoxium *libri plerique* et obnixum *Vrbm.* 307. *An ne obnoxium scribendum?* eum Obnoxium *Vossius* aut obnoxium *Bothius*

177 *o ed.* 1526 *hoc libri* 178 *excorditate Leid.* 179 *sq.* cum pigra ipsa sit, Spisse ut uideantur omnia ei confieri *Bothius* 2 cum pigra est ipsa ut spisse omnia uideantur confieri *libri* *An in sed, ipsa cum pigrast?* 181 *Hanc uocis diutius mensuram contra L. Muellerum (de re m. 348 annall. philoll. 1870 p. 69) defendit Fleck-eisenus ann. philoll. 1870 p. 69 sq.* 182 *nolo suppleas.* Tindareo *libri* 183 *cuius pater ueretur nunc scripsi* cuius a te ueretur *libri* cuius te ueretur *Vossius* *Olim in textu septenariorum frustra* T. f. contumeliam Cuius ueretur m. *dederam idem transpositionem hanc a te Tyndareo f. e. Cuius u. m. commentus.* maxime *Bamb.*

XIX (5)

. . non tu te é conspectu hinc ámolire? . . .

XX (21)

185 Sérmonem hic nostrum éx occulto clépsit, quantum in
téllego.

XXI (16)

Cúrrum liquit: clámide contorta ástu clupeat bráccium.

XXII (25)

Tbo atque edicám, frequentes út eant gratatum hópiti.

XXIII (11)

Concórditatem hospítio adiunctam pérpetem
Probitáte conseruétis.

XXIV (24)

190 quas gloria et — — uarietas humanum —

XIX Non. 73, 13 'amolimini est recedite uel tollite . . .' XX Non. 20, 18 'clepere est furari . . .'. XXI Non. 87, 26 'clipeat.' (Pacenuius Bamb.) Varro de l. L. V 7 M. 'hic Pacni rudentum sibilus, hic . . . hic: clamide clupeat braccium.' XXII Seruius in Aen. V 10 'gratatur] quidam gratatur non gratulatur, sed lactatur accipiunt . . . Pacunius in Hermiona hoc uerbum posuit . . .'. XXIII Non. 88, 20 'concorditas pro concordia.' XXIV Festus p. 277 M. 're[futare significat redargue]re. Pacuius' (cf. H. Keilius l. l. p. 624) 'in Hem[iona quas gloria et [ua]rietas humanum . . .'. Ad hanc fabulam rettuli inc. fab. LIII.

184 nam *Vrbin.* 307: uoluitne num? *Caesurae causa lacunam ab initio statui, quam explere possis scribendo* nóme tu ted: cf. u. 16: nisi senarius fuit non tú te e c. hinc amolire ilico? de quo monet Buechelerus. 185 clepsit *Mercerus*, quod uerum esse persuasit *Matuicus ad Cic. de fin. V 25, 5. clepit libri: defendit Hermanus Opusc. III 119* 186 cursum conieci liquid *Bamb.* clamide *Bamb. Nonii*, item *Lachmanno in Lucr. VI 434 et Wilmannsio testibus Mediceus Varronis clamide ceteri libri chlamyde uulgo clipeat Nonius, nisi quod clipeatur Bamb.* braccium: cf. *lex repetundarum anni 631 uel 632 in CIL I n. 198, 52; Lachmannus l. l. etaccium Nonii libri plerique bacchium Varronis Med. brachium ceteri libri Varronis accipium Bamb. Nonii Varronis testimonio et adlitteratione haec potius contorta astu clamide clupeat h. commendantur.* 187 edicam *Bothius dicam Seruius* 189 probitate *Delrio probitatem libri* 190 gloria *Vrsinus glorin cod. Potest refutat rerum uarietas in exitu uersus fuisse.*

ILIONA

I (2)

ab eó . . .

Depúlsum mamma paédagogandum áccipit
Repótialis Líber.

II (4)

Sed hí eluentur hóspítum infidíssimi.

III (3)

195 blándam hortatricem ádingat
Voluptátem

IV (Em. Iliona 1 Hecuba 14)

Matér, te appello, tú, quae curam sómno suspensám leuas

ILIONA I Festus p. 281 M. 'repotia: postridie nuptias apud nouum maritum cenatur, quia quasi reficitur potatio.' II Non. 88, 3 'cluet, nominatur . . .'. III Non. 75, 13 'adiugare, adiungere. Plautus Chryse . . . idem Iliona . . .'. IV Cicero Tusc. disp. I 44, 106 'ecce alius exoritur e terra, qui matrem dormire non sinat: Mater, te appello . . . natum. Haec cum pressis et flebilibus modis, qui totis theatris maestitiam inferant, concinuntur, difficile est non eos qui inhumati sint miseros iudicare. prius quam ferae uolucresque. metuit ne laceratis membris minus bene utatur: ne combustis, non extimescit. [200. 201] Non intellego, quid metuat, cum tam bonos septenarios' ('octonarios' Lambinus) 'fundat ad tibiam.' Horatius Serm. II 3, 60 'non magis audierit quam Fufius ebrius olim, Cum Ilionam edormit, Catiensis mille ducentis Mater te appello clamantibus.' Porphyrio in l. l. 'hoc uersu clamitabant qui est Pacuui' ('fort. in Iliona' uetus liber P. Danielis) ': [197]' idem deindé: 'hic Fufius (Fusius libri) Phocaeus (focaeus Monac. focuus Par.) tragoediarum actor fuit, qui cum uellet Ilionam dormientem exprimere, ut ad filii Polydori exurgeret uocem, in scena obdormiit.' Aero in l. l.: 'hic Fufius actor tragoediarum fuit, qui cum Ilionam tragoediam ageret ebrius et uellet eam simulare dormientem, grauitate uini ad uerum somnum ductus est . . . Polydorus hic necatus noctu sorori uenit in somnis rogans, ut se-

191 ab eo libri is adeo *Kiesslingius septenarios commendans. ab Illo uel ab eo o — Buechelerus* ab ea d. paedagogandum a. Mamma olim scripsi 193 repotialis liber (*immo Liber suppletis in Thraecis domo Regis Buechelerus Scaliger, Turnebus Adu. XIII 25 appottalis libet cod. (liber teste H. Keilio Mus. Rhen. VI p. 624) repotiali lacte O. Muellerus ut repotia illic libet paruolus olim conieei.* 194 sed hi *Iunius in mg.* sed haec libri heic *nominatiuum pluralem commendat L. Mueller de re m. 386. Fortasse Thraeces restituendum* infidissimi *Bothius infidelissimi libri* 195 *sq. om. W excepta ultima uoce* 196 uoluptatem *Mercerus, Grotius Bibl. crit. n. IV uoluntatem libri* 197 tu *Reg. Gud. Brux. Bern., om. cum ceteris Bentleius* suspensam libri *deteriores, Porphyrio, Bentleius olim. suspenso libri optimi, Bentleius not. ined.*

Neque te mei miseret, surge et sepeli natum [tuum]
prius quam ferae

Volucresque

200 Neu reliquias quaeso mias sireis demudatis ossibus

Per terram sanie delibutas foede diuexarier.

V (Enn. Iliona 2)

Age asta: mane audi: itera dum eadem istaec mihi!

VI (Att. Iliona 2)

Aut stagnorum umidorum rimarem loca

VII (10)

Quos ego ita ut uolui offendo incolumis . . .

peliretur hoc dicens: mater te appello, exsurge et sepeli me.' Cicero pro Sestio 59, 126 'at uero ille . . . emergebat subito, cum sub tabulas subreperat, ut Mater te appello dicturus uideretur.' Scholiasta Bobiensis in l. l.: 'deinde post haec intulit uersum de fabula Pacuiana, quae sub titulo Ilione fertur. In ea est quippe argumentum ita dispositum, ut Polydori umbra secundum consuetudinem scaenicorum ab inferiore aulaei' (sic Halmsius: aulae cod.) 'parte procedat et utatur hac inuocatione matris suae, quam sordidatus et lugubri habitu, ut solent qui pro mortuis inducuntur, filius implorabat.' Cicero Acad. pr. II 27, 88 (cf. V) V Cicero Acad. pr. II 27, 88 'quid? Iliona somno illo Mater te appello nonne ita credit filium locutum, ut experrecta etiam crederet? unde enim illa: age . . . mihi? num uidetur minorem habere uisis quam uigilantes fidem?' Idem Epist. ad Att. XIV 14, 1 'Iteradum eadem ista mihi.' Eisdem uerbis Cicero utitur etiam in Tusc. disp. II 19, 44 VI Non. 382, 8 'rimari dicitur scrutari, quaerere . . . Pacuius Atalanta . . . Accius Ilione . . .' (accuius Leid. Pacuius Rothius) VII Non. 359, 2 'offendere, inuenire.'

198 neque te mei libri, Bentleyus. neque mei te Vossius miseretur Bentleyus tuum Bentleyus, om. libri surge age et sepeli natum p. q. f. Seyffertus 198 sq. prius Quam ferae Bentleyus 200 neu reliquias semiassi reis Gud. Bern. neu rel. semi assi reis Reg. ne r. semiassis reis Brux. neu rel. semiassi regis ceteri libri Neu tu reliquias sic meas sieris Fleckeisenus, nisi forte aliud aliquid, quod iambi mensuram acquet, in litteris se lateat. Neu reliquias semiesas uel sic meas siris Bentleyus, post quem sireis formam restituit M. Hauptius ind. scholl. Berol. aest. 1867 p. 8 neu r. mias sic sireis malit Buechelerus 201 per terram libri tetra uel putri Bentleyus delibutam duo Oxon., Lambinus 202 asta Leid. A Vindob. adsta ceteri mane Leid. A m. 2 in ras. audi om. Vindob. iterandum epist. Med. et Tusc. Gud. Reg. Brux. eadem istaec Manutius eadem ista codd. epist. et Tusc. eadem et ista libri Acad. Fleckeisenus proposuit baccheos: age, asta: mane audi: iteradum eadem istaec mi 203 aut] an ut? humidorum Vossius humorem libri loco Geneu. Basil.

VIII (9)

205 Profecto aut inibi est aut iam potiuntur Frugum.

IX (6)

Di me etsi perdunt, tamen esse adiutam expetunt,
Quom prius quam intereo spatium ulciscendi danunt.

X (13)

Fac, ut coepisti, hanc operam mihi des perpetem:
Oculos transaxim.

XI (1)

210 Cur inlaquetur hic? — Mecum altercatis? tace.

XII (7)

Ne porro te error, qui nunc lactat, maceret

XIII (5)

Quis deos infernos, quibus caelestis dignet decorare hostiis

XIV (11)

'Occidisti, ut multa paucis uerba unose obnuntiem.

XV (14. Att. Iliona 1)

Ibo ad eam ut sciscam quid uelit. — Valuae sonunt.

VIII Non. 124, 25 'inibi pro sic et mox ...' IX Non. 97, 14 'danunt, dant.' Idem p. 104, 5 'expetunt pro uolunt.' X Festus p. 217 M. 'perpetem pro perpetuo dixerunt poetae. Pacuius inliona ...' XI Non. 470, 7 'altercata est, passium.' XII Non. 16, 18 'lactare est inducere uel mulgere, uellere, decipere ...' XIII Non. 98, 14 'dignet, dignos putet.' XIV Non. 183, 20 'unose, simul.' XV Non. 505, 26 'sonunt etiam inde manauit. Ennius An-

205 aut iam *Lipsius Ant. Lect. IV 17* tam iam libri haut inibi est: tam iam *Handius Tursell. III 382* 206 petunt libri p. 97 praeter *Vrbini. 307* 207 cum prius libri p. 104 quod prius p. 97 208 perpetim *Vossius* 209 oculos transaxim *scripsi. oculis traxerim cod., quod Bergkiius Ephem. Hal. 1842 p. 237 ita tuetur, ut post perpetem talem fere uersum excidisse suspicetur: et ... in ... Vt luminis auras perpetem (oculis traxerim). oculis transaxim 'i. e. nutu eam transegero' O. Muellerus oculis Thraex careat ludit Buechelerus: quodsi trax uocatiuus lateat, reliqua eruim interpretanda erunt siue oculos siue oculis sc. uisum uel aciem.* 210 inlaquetur *Leid. Bamb. inlaqueetur ceteri* mecum *ed. 1480 meum libri* *Personas distinxit Bothius* 212 quis utroque loco postulat *Maehly annall. philoll. 1857 p. 287* fort. decorari hostiis *Iunius hostis libri* 213 uerba om. *Leid.* unose esse uniuorse monuerunt *Lachmannus Lucr. p. 230 et Edm. Goetzius in G. Curtii studiis gramm. I 2 p. 156* 214 cum con-

XVI (12)

215 Repúgnanti ego porro húnce ui detraxi úngulum.

XVII

Paélici supérstitiosae cúm necordi cóniuge

XVIII (8)

Vsi honore crédo Achiui hunc scéptrum patientúr poti.

MEDVS

I (17)

'Accessi Aeaeam, ét tosillam pégi lecto in lítore.

II (28)·

te, Sol, ínuoco,

220 Inquirendi ut meí parentis míhi potestatém dvis.

dromache aechmalotide . . . Iliona: ibo' e. q. s. (Accius Iliona Aldina Pacuuius Iliona Iunius in mg.) XVI Festus p. 375 M. 'ungulus Oseorum lingua anulus — — Pacuuius in Iliona: repugnanti' e. q. s.

XVII Festus p. 372 M. 'necors est turbati ac mali cordis. P. in Iliona: paelici' e. q. s. XVIII Non. 475, 28 'poti pro potiri.'

Eiusdem fabulae reliquiis coniectando ascripsi inc. fab. XXX—XXXIV et inc. inc. fab. XLII.

MEDVS Cf. Cicero de off. I 31, 114. I Festus p. 356 M. '[tonsillam ait] esse Verrius palum dolatum [in acumen et] cuspide praeferratum, ut existi[mat, qu]em configi in litore navis re[ligandae] causa. Pacuuius in Medio . . .' (om. Vatic. R) Priscianus X p. 894 P. 'pango quoque pegi, et ex eo impingo impegi facit. Pacuuius in Medo: tonsillam' e. q. s. (Pacubius Grut. Karolir. Medio Grut. Sang., et i rursus deleta Karolir.) De nomine Medio cf. O. Muellerus in Varr. de l. L. VI 60 II Charisius I p. 79 P. 'heres, parens, homo . . . mascu-

icci uelit ante Ald. uelint libri ualuae edl. balue libri 216 paelici Politianus (uide Mommsenum comm. acad. Berol. 1864 p. 80) paelluci Leid. pellici Vatic. S qui ueloci Vrsinus qui uelox O. Muellerus superstitione Vrsinus 217 usi honore ed. princ. usi honore W^e usi onere Leid. Bamb. usi honere ceteri libri tu si conere Mercerus Achiui hunc Buechelerus adhuic libri hunc olim scripsi, sed manco duabus syllabis uersu ab initio. 218 accessi Aeam Bergkius Mus. Rhen. 1835 p. 78, immo Aeaeam Buechelerus acces . . . eam cod. Borb. accesseram Vatic. S teste Mommseno l. l. accessi Aeam O. Muellerus et hic uersus explendi causa scribere uolebam. tosillam Festi cod. Borb., turtur Muellerus tonsillam Priscianus, nisi quod tonsilla Bern. Halb. Sang. Grut. Karolir. ton sylla Bamb. tonsilla ceteri libri pagi Festi Vatic. S paegi Prisc. Karolir. lecto Bergkius l. l. laeto Festus cliuo Prisc. Erl. leuo Prisc. Reg. Bamb. Bern. Halb. Sang. Karolir. laeuo ceteri saeuo Scriuerius 219 sq. Bothium nunc secutus sum: u. 220 hoc ordine ut mihi potestatem dvis inquirendi mei parentis in cod. traditus est, quem ut seruarem, olim mi

III (19)

. . . ques sunt ís? — Ignoti, néscio ques ignóbiles.

IV (14)

Quae rés te ab stabulis ábiugat? — Certum ést loqui.

V (2)

Clamóre et sonitu cólles resonantés bount.

VI (5)

Diuórsi circumspícimus, horror pércipit.

VII (1)

225 Quíd tandem? ubi ea est? quód receptast? — 'Exul incertá uagat.

VIII (12)

Cedo quórsu[m] itiner tetinísse aiunt?

lino genere semper dicuntur . . . et P. in Medo cum ostenderet a Medo matrem quaeri, ait . . .' III Charisius I p. 108 P. 'im pro eum. nam ita Scaurus in arte grammatica disputavit, antiquos im ques' [hic excidisse quaedam videntur.] 'hunc eundem significare consuesse et declinari ita: is eius ei eum uel im, numero plurali is' (add. Keilius, om. cod.), 'ut est locutus P. in Medo: ques . . . ques.' Idem I p. 70 P. 'ques autem dixisse ueteres testimonio est Cato . . . et Pacuius: ques' e. q. s. (Patulus cod.) Priscianus XIII p. 960 P. 'nominatiuum quoque pluralem non solum in i et ae, sed etiam in es, qui quae uel ques, ut P. in Medo: ques sunt isti?' IV Non. 73, 22 'abiugat, separat, alienat. P. Medo . . .' V Non. 79, 4 'bount dictum a boum mugitibus. P. Medo . . .' VI Macrobius Sat. VI 1, 36 'Vergilius: diuersi circumspiciunt. hoc acrior idem. P. in Medea . . .' (Pacubius Anglic. Med. pachubius Paris. media Anglic.) VII Non. 467, 25 'uagas pro uagaris . . . P. Medo . . .' VIII Non. 178, 10 'tetinerit pro tenuerit. P. Medo . . .'

proaue post inuoco inserui et integrum priorem septenarium uerbo duis clausi. [té, mi proaue,] té, Sol, inuoco út mi potestatém duis uel mi post Sol collocato defendit Buechelerus. 221 quaes Bamb. Prisciani q̄ Charisii cod. p. 70, Grut. Prisciani q. p. 108 is Charisii cod. p. 108 (cf. Ritschelius ind. lectt. Bonn. 1855/6 p. VII), om. p. 70 isti Priscianus ii ed. princ. Charisii p. 108 ignobiles om. Charisius p. 108 Personas distinxit Grotius bibl. crit. n. IV 222 certum eloque Bothius 2 Personas distinxit Bothius 1 224 diuersi Macrobius precipit Salisb. 225 qui tandem Bamb. quod libri, h. e. quo: cf. Ritschelius nou. excurs. Plaut. I p. 57 sq. et mus. Rhen. XXIV p. 485, cui aduersatur Bergkius symb. ad gramm. Lat. I 75. quo Mercerus receptast uel receptata Bergkius mus. Rhen. 1835 p. 77 receptat libri, defendit nunc Bergkius l. l. (quamquam idem quo iter uel ire coeptat proposuit). ire coeptat Mercerus incerta, sc. uia libri incerte Bergkius, qui personas distinxit. incerta an Vossius incertan' Bothius 226 cedo Mercerus credo libri itiner Aldina itinere libri

IX (21)

Si résto, porgit út eam: si ire eónor, prohibet baétere.

X (20)

Cústodite istúne uos, ne uim qui áttolat neue áttigat.

XI (13)

Linguaé bisulcae iáctu crispo fúlgerē

XII (3)

230

múlier egregiíssima

Forma

XIII (Emm. Medus)

Caélitum camílla, expectata áduenis: salue, hóspita!

XIV

Vitám propagans éxanimis altáribus

IX Non. 77, 25 'betere' (baetere Bamb.) 'id est ire . . . P. Nyptra: uos hinc defensum patriam in pugnam. Idem bibite Medo: si resto' e. q. s. (pugnam betite. Idem Iunius) X Diomedes I p. 378 P. 'attingo . . . reperimus apud nonnullos auctores, quibus eloquentiae et elegantiae tributa est opinio, sine n littera dictum, quasi attigo attigis, ut P. in Medo . . .' (medio Par. A) Non. 246, 3 'attollere, afferre. P. Medo . . .' XI Non. 506, 16 'fulgere correpte pro fulgere . . . P. Medo . . .' XII Priscianus III p. 600 P. 'uetustissimi tamen comparatiuis huiusemodi' (se. piior, arduior) 'sunt usi . . . P. in Medo . . .' (Pacubius Reg. Bamb. Halb. Sang. Grut. Karolir. Medio Reg. m. 1 Grut. Karolir. mecho Sang.) XIII Varro de l. L. VII 34 M. 'in Medio: caelitum' e. q. s. 'camillam qui glossemata interpretati dixerunt administram.' (Medio Goth. Haun. Par. b Medo Flor. Par. a) Seruius in Aen. XI 543 'unde Vergilius bene ait Metabum Camillam appellasse filiam, scilicet Dianae ministram. Nam et P. in Medea cum de Medea loqueretur . . .' Eadem habet Macrobius Sat. III 8, 7 (Pacubius libri, nisi quod pachubius Paris.) XIV Schol. Veron. in Aen. V 93 p. 94 Keil. 'altaria limina — — P. in (M)ed(o) . . .' (sic teste Herrmanno l. l. Medo Maius)

227 pergitur eam libri pergit, ut eam *Mercerus* baetere in *lemmate Bamb.*, commendauit *Fleckerisenus* betere libri 228 istum *Nonius* hunc *Diomedes* ne cum qui *Nonius* ne quis uim *Diomedes* attollat *Nonius* attulat *Diomedes* neue qui attigat *Nonius* neue] *neui Diomedis Monac.*, quod niue interpretatur *Kiesslingius*. neque *cod. Scioppii* 229 lingue *Bamb.* bisulcae *N. Faber* bisulcis libri: an bisulces? iactu *N. Faber* actu libri 230 egregissima *Grut.*, uerum esse dicit *Bergkiius symb. ad gramm. Lat. I* 91. egregiíssima *Sang.* 232 celitum et ospita *Flor.* 233 exanimis *coniectura periclitatus eram: quam uere, dubitauit Hauptius in relatt. menstruis acad. Berolin. 1858 p. 664.* exanim. (i) *cod. teste Herrmanno l. l. ex aris et Maius, H. Keilius. An ex nouis?*

XV (11)

Populóque ut faustum sémpiterne sóspitent

XVI (16)

235 Repúdio hospitium: régregiundum est ílico.

XVII (4)

Possum égo istam capite cládem auerruncássere.

XVIII (15)

Quá super red ínterfectum [tú] esse dixisti Híppotem?

XIX (7)

Atque éccum in ipso témpore ostentúm senem!

XX (Enn. Medea 5)

Quís tu es, mulier, quae me insueto núcupasti nómine?

XV Non. 170, 19 'sempiterne. P. Medo ...' Idem 176, 5 'sospitent, saluent. ... P. Medo ...' XVI Non. 325, 1 'ilico significat statim, mox. P. Medo ...' XVII Non. 74, 25 'aberruncare, auertere ... Pacuvius Medo ...' (auerruncare euertere Bamb.) XVIII Festus p. 305 M. 'super — — ponitur etiam pro de, Graeca consuetudine, ut illi dicunt *ὑπέρο* — — P. in Medo: qua' e. q. s. XIX Festus p. 194 M. 'ostentum non solum pro portento poni solere, sed etiam participialiter testimonio est P. in Medo: atque' e. q. s. XX Varro de l. L. VI 60 M. 'nuncupare nominare ualere apparet in legibus ... item in choro in quo est ... item in Medio: quis' e. q. s. (deficit Laur. 51, 10) Diomedes II p. 449 P. 'quis mulier, cum dici debeat quae mulier, apud Pacuuium: quis' e. q. s. 'pro quae. masculinum quis pro feminino posuit.' (Pacuuium Par. B, Lauantinus. cuium Par. B cuium Monac. Ennium edd.) Charisius IV p. 240 P. 'soloecismus fit ... pronomibus, ut: quis tu es mulier? pro quae.' [Sergii] explan. in Donat. II (gramm. Latt. Keilii uol. IV p. 563) 'soloecismus per genera ... apud Pacuuium: quis' e. q. s. Pompeius comment. in Keilii gramm. Latt. uol. V p. 206 'apud maiores nostros indifferenter inuenimus hoc pronomem, et quis uir et quis mulier ... est autem ratio et origo huius pronominis a Graeco ... *τίς* autem apud illos tam masculini generis est quam feminini. ergo ... seruauerunt etiam genus antiqui, ut est: quis tu es mulier, qui me hoc nuncupasti no-

234 populoque ut libri p. 170, nisi quod litteris po compunctis W populo qui libri p. 176 235 hospitium Heinsius: cf. 232 et Plauti Rud. 883 auspicium libri 236 possim Vrbin. 307 istam capite] istanc a te Lipsius Ant. Lect. V 14 237 red nunc scripsi. re cod. tu inserui Hippotem dixisti cod., quae nunc transposui: olim dixi Hippotem creticum tetrametrum finire uolui. Iambicum senarium qua super re interfectum esse dixisti Hippotem commendauit L. Mueller de re m. 422. 239 quisquis Nonius quisnam Iuliani exc. tu e Pompei Par. C es tu Iuliani exc. mulier qui me Diomedes qui mulier me hoc Pompei Wolfenb. Pariss. BC mulier

XXI (9)

240 Séntio, patér, te uocis cálui similitúdine.

XXII (10)

. . . sed quíd conspicio? ním me lactans cáluitur
Aétas?

XXIII (22)

neque — — [profundum]

XXIV (inc. trag. 36)

Cicero de nat. deor. III 19, 48 'quid Medeae respondebis . . . quid huius Absyrto fratri, qui est apud Pacuuium Aegialeus?' (egialeus Leid. B) 'sed illud nomen ueterum litteris usitatius.'

NIPTRA

I (10)

Cédo tuum pedém mi, lumpis fláuis flauum ut púluerem

mine? quis mulier habemus et in Ennio et in Pacuio et in ipso Terentio.' Non. 198, 1 'cuis et generi feminino attribui posse ueterum auctoritas uoluit . . . Pacuuius: quis' e. q. s. Iuliani excerpta in H. Keilii gramm. Lat. uol. V p. 319 'quisnam masculini generis est aut feminini? Apud ueteres commune genus habebatur. Da eius exemplum. Quisnam es tu . . . nomine?' XXI XXII Non. 6, 29 'caluitur dictum est frustratur . . . Pacuuius Medo: sentio . . . similitudine. Sed quid' e. q. s. XXIII Festus p. 229 M. '[profundum dicitur id quod] altum est ac fundum [habet longe. Pacuuius] in Medo: neque Coniectura partim certa adiunxi inc. fab. XXXV—XXXVIII, inc. inc. fab. XCV. XCVIII sq. CI. CII; Halmsius addidit inc. inc. fab. LXXIX.

NIPTRA (facta ad Sophoclis exemplar) I Gellius II 26, 13 'flauus contra uidetur e uiridi et rufo et albo coneretus . . . sic multo ante' (sc. Vergilium) 'Pacuuius aquam flauam dixit et flauum puluerem, cuius uersus, quoniam sunt iucundissimi, libens commemini . . .'

qui me hoc *Pompei exemplaria rell.* mulier quae tam (quem etiam *Bern., i. e.* quae me tam) *Iuliani exc.* insueto *om. Pompeius* inconsueto (inconsuetu *Bern.*) *Iuliani exc.* nuncupas *eadem* 240 te uxoris *Vrb. 307* calui libri *plerique catui W Leid. caty Bamb. y recentiore manu scripta* 241 conspicio *Bamb.* 242 aetas libri *Aeetes Bergkiius l. l. p. 78* 244 tuum *M. Hertzius tū Vat. tū Rott.* tamen *ceteri mi Peerlkampus ad Verg. Aen. uol. I p. 292, om. libri mihi Bothius* tuum *olim addideram qui tamen retinuissem.* lumpis *Ritschelius opusc. II 490 lymphis libri flauum] fauum Reg. Rott. fuluum Palat. teste A. Maio in Frontonis ed. Rom. p. 338*

245 Mánibus isdem, quíbus Vlxi saépe permulsi, ábluam
Lássitudinémque minuam mánuum mollitúdine.

II

Anticlea

Lénitudo orátionis, móllitudo eórporis

III (9)

Páriter te esse erga íllum uideo, ut íllum ted ergá scio.

IV (4)

Spartám reportare ínstat, id si pérpetrat.

V (8)

250 Nec úlla subscus cóhibet compagem áluai,

Sed súta lino et spárteis serílibus

VI (3)

Inde Aétnam montem aduénio in scruposám specum.

II Cicero Tusc. disp. V 16, 46 'ea, quae Anticlea' (Anticlia Pith. Euryclea uideri habere aliq. Oxon. cum ed. Ven. 1481 testatur Orellius) 'laudat Vlxi pedes abluens . . .' Non. 132, 3 'lenitudine pro lenitate . . . Cicero Tusculanarum lib. III: lenitudo' e. q. s. III Non. 375, 7 'pariter, similiter . . . P. Nitra . . .' IV Festus p. 217 M. 'perpetrat, peragit, perficit. P. in Teucro — etinni patris: Spartam' e. q. s. (et in Niptris Scaliger) V Festus p. 343 M. 'serilla' (serilia Turnebus Adu. XVII 7) 'Verrius appellari putat nauigia Histrica ac Liburnica, quae lino ac sparto condensantur, a conserendo et contexendo dicta, quia dicat P. in Niptris: nec ulla' e. q. s. 'cum περιφραστικῶς et ficto uocabulo usus sit pro funiculis, qui sparto conseruntur.' Idem p. 306 M. '[subscudes ap]pellantur cuneatae ta[bellae, quibus] tabulae inter se con[figuntur, qui]a, quo eae immittuntur, [succunditur. Pa] cuius in Niptris [250]' (cf. H. Keilius l. l. p. 625). Pauli Festus p. 307 M. 'subscudes appellantur tabellae' e. q. s. 'Pacuius: nec ulla s. e. compagem.' VI Non. 223, 1 'specus . . . feminino . . . Accius Niptris . . .' (in π i psaltriis Vrbin. 308) Pris-

248 ted *Vossius* te libri illunc erga te (aut te erga) *Umpfenbachius* melet. *Plaut.* 41 249 reportare *O. Muellerus* reponare *cod.* reportari *Lindemannus* repedare uel reponere *Scaliger* deponere *Bothius* 250 subscus *cod.* p. 343 compagem *cod.* p. 343 teste *H. Keilio* l. l. p. 626 251 serilibus *cod.* teste *H. Keilio*, *Turnebus* serillibus *uulgo* 252 inde aduenio montem Aetam scr. sp. *Nonius*. aduenio in scr. sp. *ceteris omissis Priscianus* inde aduenio montem Oetam scr. sp. *edd.*, *Bentleius*. *Temptau* olim uel inde Aetnam aduenio montem uel Aetnam inde montem aduenio in scr. sp. scrupulosam *Prisciani Reg. Bern. Halb. Bamb. in litura m. 2* scrupulosam *Sang. Grut. Karolir.* scruplosam *Darmst.*^u scripsam *Nonii Leid.*

VII (2)

aetate íntegra,

Feróci ingenio, fácie procerá úrum

VIII (12)

255 Vos hinc defensum pátriam in pugnam baétite.

IX (7. 5. 6)

Ulixes

Pedetémptim ac sedató nisu,

Ne succussu arripiát maior

Dolor

* * *

Chorus

Tu quóque Ulixes, quamquam grauiter

260 Cernímus íctum, nimis paéne animo es

cianus VI p. 713 P. 'hic specus, quod tam masculinum quam neutrum inuenitur . . . feminino tamen hoc nomen quoque inuenitur . . . Pacu-
nius in Niptris: aduenio in seruposam specum.' (Pacubius
Carolir. Grut. Sang.) VII Gellius XIII 30 (29, 3 'sicuti quidam fa-
ciem esse hominis putant os tantum et oculos et genas, quod Graeci
πρόσωπον dicunt: quando facies sit forma omnis et modus et factura
quaedam corporis totius . . . itaque Pacuinius in tragoedia, quae Niptra
inscribitur, faciem dixit hominis pro corporis longitudine. Aetate, in-
quit, íntegra' e. q. s. Excerpta Gelliana edita a Reifferscheidio mus.
Rhen. XVI p. 10 'faciem hominis quidam putant esse os tantum et ocu-
los et genas, cum facies sit modus et factura quaedam corporis totius
. . . unde Pacuinius faciem hominis dixit pro statura: aetate, inquit, íntegra' e. q. s. Non. 52, 33 'faciem, totius corporis formam, πρό-
σωπον, id est os, posuit antiquitas prudens . . . P. Nupta . . .' VIII
Non. 77, 25 'betere' (baetere Bamb.) 'id est ire . . . P. Nyptra . . .
in pugnam. Idem bibite Medo . . .' (pugnam betite. Idem Medo
Iunius) IX X Cicero Tusc. disp. II 21, 48 'non nimis in Niptris ille
sapientissimus Graeciae saucius lamentatur vel modice potius. Pede-
temptim, inquit, et [256—258]. Pacuinius hoc melius quam Sophocles:
apud illum enim perquam debiliter Ulixes lamentatur in uolnere: tamen
huic leniter gementi illi ipsi, qui ferunt saucium, personae granitatem
intuentes non dubitant dicere [259—262]. Intellegit poeta prudens ferendi

254 urum *om.* Nonius 255 uos *cdd.* hos libri betite Iu-
nius bibite libri 256 pedetemptim Charisius, Cicronis *Req. m.* 2
Bruar. peditemtim *Req. m.* 1 peditemtem Gud., corr. altera, sed ea
antiqua manu, pedetentim ceteri libri ac Charisius ite et Cicero-
nis libri nisi Cicronis Gud. m. 1 257 arreat praecipit
Machiyo ann. philoll. 1857 p. 287 260 ietu Gud. *Req.*

Mollí, qui consuetús in armis
Aeuom ágere

* * *

Vlixes

Retinéte, tenete! opprímit ulcus:
Nudáte! heu miserum me, éxerucior!

265 Operíte: abscedite iámiam.

Mittíte: nam attrectatu ét quassu
Saeuum ámplificatis dolórem.

X (11)

Vlixes

Cónqueri fortúnam aduersam, nón lamentarí decet:
Id uiri est offícium, fletus múliebri ingenio ádditus.

XI (1)

270 Barbáricam pestem súbinis nostris óptulit,
Nouá figura fáctam, commissam ínfabre.

doloris consuetudinem esse non contemnendam magistram. Atque ille non immoderate magno in dolore [263. 264]. Incipit labi: deinde ilico desinit [265—267]. Videsne ut obmutuerit non sedatus corporis, sed castigatus animi dolor? Itaque in extremis Niptris alios quoque obiurgat, idque moriens [X]. Charisius II p. 190 P. 'pedetemptim ... Tullius Tusculanarum secundo: pedetemptim ac sedato nisu.' XI Non. 40, 32 'infabre, foede, ut est affabre pulchre. P. Niptra ...' Idem 248, 20 'committere, effigiare. P. Niptra ...' His addenda uidentur inc. fab. XXXIX. XL et fortasse inc. inc. fab. LI. LII. LIII.

261 consuetus] defendit CFW Mueller prosod. Plaut. 292 omissum es, quamquam potest in clausula uersus uerbum finitum secutum esse. consuetus Wolfus in ed. pr. consueris Bentley consueueris 'codex optimus' Davisii, Wolfus in ed. alt. Hos quattuor uersus 259—262 Bentley sic censuit scribendos esse: tu quoque, Vlixes, || Quamquam grauiter cernimus ictum, || Nimi' paene animo es molli, qui con || sueris in armis aeuum agere 263 retinetene, corr. retinete tenete Gud. opprimat Vossius opprimite libri 264 me miserum aliq. libri, Bentley, melius ni f. 265 abscedite, iamiam Davisius 266 atrectatu Reg. m. 1 Gud. 269 additis Gud. additu'st Bentley. Probat Wesenbergius Emend. Tusc. II p. 46 additus, quod potuerit quidem iterari est, sed non necesse fuerit. additur malit Buechelerus 270 subinis Bern. b p. 248: cf. Pauli Festus u. sybinam p. 336 M. sabinus ceteri libri p. 248 nauibus libri p. 40 optulit libri p. 248 optum Leid. p. 40 obtulit ceteri ibidem 271 nouam figura fatam

PENTHEVS

Seruius in Aen. IV 469 'Pentheus autem secundum tra-
goediam Paemii fuit etiam ipse, de quo fabula talis est.
Pentheus, Echionis et Agaues filius, Thebanorum rex, cum
indignaretur ex matertera sua Semele genitum Liberum pa-
trem coli tanquam deum, ut primum comperit eum in Cithae-
rone monte esse, misit satellites, qui eum uinctum ad se
perducerent. qui eum ipsum non inuenissent, unum ex comi-
tibus eius Acoeten captum ad Pentheum perduxerunt. hic
dum¹⁾ de eo grauiorem poenam constitueret, iussit eum in-
terim claudi uinctum: eumque sponte sua et carceris fores
apertae essent et uincula Acoeti excidissent, miratus Pen-
theus spectaturus²⁾ sacra Liberi patris Cithaerona petit, quem
uisum bacchae discerpserunt. prima autem Agaue mater eius
amputasse caput dicitur, feram esse existimans.'

PERIBOEA

I (1)

. árdua per loca agréstia sic
Trepidánte gradu nititur . .

II (20)

. . corpusque meúm tali
275 Maeróre aegrore macóre senet.

PENTHEVS (PENTEVS). 1) cum uulgo. 2) expectaturus uulgo.
Glossae in Seruii l. l. Berolinenses (ms. Lat. fol. 34): 'Pacunius quidem
poeta fuit, qui fecit tragoediam de Pentheo: inducit eum fuisse.' Cf.
Ouidii metam. III 511 sqq.

PERIBOEA I Non. 353, 14 'niti rursus ambulare.' II Non. 137,
.1 'macore pro macie.'

*Geneu Bern. b p. 248 nouam figuram factam ceteri ibidem 272 sq.
Anapaestos agnouit Vossius. Bergkius hoc schema commendauit*
±○○_○○_—±○○_○○_—∞ 272 agrestia sic scripsi, ut commo-
diore anapaestorum accentus fierent. agrestia ac libri plerique.
agresti Bern. b agrestia Bothius. uel agresti ac uel agrestia Vossius
273 adtrepidante gradu Bergkius 274 tali] tabe ed. 1526 tabi-
ficabile Bergkius Mus. Rhen. 1835 p. 78 275 merore libri

III (19)

Lapít cor cura, aerúmna corpus cóncifit.

IV (4)

Parum ést, quod te aetas ímále habet, ni etiam hunc
ád malam

Aetátem adiungas crúciatum reticéntia?

V (14)

279 Pátior facile iniúriam, si est uácua a contumélia.
280

VI (24)

281 Mane, éxpedibo: fác tu contra míhi quod rogo respóndea.
282

VII (26)

Gnate, órđinem omnem, ut déderit, enodá patri.

VIII (8)

Constérnare, anime, ex péctore aude euóluerē

III Non. 23, 8 'lapit significat obdurefacit et lapidem facit.' IV Non. 1, 31 'aetatem malam senectutem ueteres dixerunt' (Pacubius Bamb.) V Non. 430, 15 'iniuria a contumelia hoc distat: iniuria enim leuior res est.' VI Non. 477, 2 'expedibo pro expediam ...' VII Non. 15, 17 'enoda significat explana' VIII Non. 262, 27 'consternari significat deici. Consternari rursus erigi.'

aegre *Lachmannus in Lucr. VI 1132 errore libri, nisi quod error Leid.* 276 *erumna libri* 277 *nisi Bamb. hic libri* 278 *reticentia Leid. m. pr., Gulielmus Veris. I 17 reticenti ceteri libri. An reticentiae?* 280 *uacua contumelia Bothius Quadratum uersum descripsit Bothius (cf. L. Mueller de re m. 421, mus. Rhen. XXIII 541), senariorum frustra ipse olim* 281 *sq. Obtemperaui L. Muellero, qui l. l. iambicum octonarium indicauit. fac tum mihi contra libri plerique fac mihi contra Bamb. et Leid. alter, quod probat L. Mueller fac tu mihi contra ed. princ. fac tu mihi quod contra Delrio ac tu mihi contra olim conieci uerbo rogo senarium claudens. Probat is illis trochaicos septenarios mane 'Expedibo e. q. s. Vsenerus praefert.*

283 *gnate Mercerus gnato libri ut dederat Vrbm. 307 ut ut erit Palmerius Spicileg. ap. Grut. IV 806 ut steterit Machlyo placuit annall. philoll. 1857 p. 287 ordine omnem miseriam uel simile quid suspicatur Kiesslingius enoda Mercerus enodat libri* 284 *sq. consternare animae ex pectore hac et uoluere consilium subit omnes quod de nata est modo libri, quae ut potui emendare conatus sum: u. 285 dubito an mentis quod natumst modo praefendum sit. consternatae animo, expectoratae haec uoluere. Consilium subiit omnes, quod natum est modo Lipsius Epist. quaest. III 21 consternatae, animum expectoratae uoluere Consilium subit omnes e re nata modo Palmerius Spicileg. ap. Grut.*

285 Consílium subito, méns, quod enatúmst modo,
Qui pácto inimicis mórtē et huic uitam álteras.

IX (6)

Nam mé perbitere, íllis opitulárier
Quonís exitio cúpio, dum prosím . . .

X (15)

. . . . régnum potior, cóniugem macto íferis.

XI (18)

290 Nón potest, Melaníppe, hic sine tua ópera exanclari labos.

XII (12)

Postquam ést oneratus frúgum et floris Líberi

XIII (22)

Ecfáre, quae cor tuúm timiditas térritet.

XIV (13)

Tamen óffirmatod ánimo mitescít metus.

XV (5)

.. sed nescio quídnam est: animi horréscit, gliscit gáúdium.

XVI (25)

295 Regum ímperator, aétérnum humanúm sator

IX Non. 153, 23 'peruitere, perire.' (Pacuvius om. Bamb.)

X Non. 501, 21 'potior illam rem.' XI Non. 292, 4 'exanclari, perfici.' XII Non. 498, 12 'genetius positus pro ablativo'. XIII Non. 228, 17 'timor . . . feminini.' XIV Non. 406, 9 'tamen significat tandem.' XV Non. 22, 16 'gliscit est congelascit et colligitur, uel crescit uel ignescit . . .'. XVI Non. 495, 26 'aenusatiuus numeri singularis positus pro genetiuo plurali Pacu-

IV 786 consternare, anima, expectora haec, it uoluerē Consilium subito mens, quod de nata est modo *Schegkius Praem. epist. 8 ap. Grut. IV* 901 consternate anime, expectora haec et uoluerē Consilium, subito omine quod enatum est modo *Vossius* consternate anime, ex pectore hoc euoluerē Consilium subeat (studeas *idem* 2) omne, quod natum est modo *Bothius Malim* subitum 286 quo *Schegkius* alleras *ed. Mediol. efferas libri* 287 perbitere *Iunius* peruitere *libri* 288 prosim modo *Gulielmus Veris. I* 17 290 melan ipse *Basil. Menalippe ceteri libri* hic *libri plerique* inc. *Basil.* labos *Lipsius V. L. II* 28 claus *libri* 291 oneratus *Bamb.* honoratus *ceteri libri* 292 ecfare *Mer-* *cerus* et fare *libri* 293 offirmato *libri, quod olim seruans et ini-* *tio uersus posui. Nam quod Machly l. l. commentus est abhorret* *ab arte.* 294 horrescit, gliscit *edd.* horrescit et gliscit *libri* hor- *resco, gliscit Bothius 2* 295 regum *Gulielmus Veris. I* 17 regnum *libri* aeternum humanum *scripsi, i. e. decorum hominumque.* aeternum

XVII (10)

. ueniám precor

Peténs, ut quae egi ago áxim uerruncént bene.

XVIII (17)

Tu, múlier, tege te et túta templo Líberi.

XIX (23)

nám si te regerét pudor,

300 Siue ádeo cor sapiéntia inbutúm foret

XX (21)

Métus egestas maéror senium exíliumque et desértitas

XXI (11)

Tríplici pertimefáctus maerore ánimi incerte erráns uagat.

XXII (9)

Béluarum [haec] ác ferarum aduéntus ne taetrét loca.

uius Athalanta ... idem Periboea ...' XVII Non. 185, 26 'uerruncen- cent, id est uertant ...' Idem 505, 18 'axim, egerim. P. Periboea: ut quae egi ... uerruncen- cent.' XVIII Non. 476, 12 'tutant ...'

XIX Non. 521, 10 'inbuere consuetudo inducere uel inficere existimat' XX Non. 3, 1 'senium est taedium et odium, dictum a senectute ... nam aetatem malam senectutem ueteres dixerunt ... senium ipsum positum sic ... P. Periboea ...' (Paenubius W Leid. m. pr. Bamb.) XXI Non. 467, 33 'uagas pro uagaris ... P. Periboea: in triplici' e. q. s. (Periboeam triplici Bamb.) XXII Non. 178, 8 'tetret, fedet, polluat.'

morum *libri plerique* aeternum mox *Bamb.* aeternum deorum *N. Faber* aeternae humanum *Bothius* diuorum aeternum uel aeternum aliorum (uel illorum uel imperium) *Buechelerus* 296 precor ueniam *libri* 297 aut *libri p.* 505 qua *Leid. Bamb. p.* 505 axim *ed.* 1526 exim *libri p.* 185 uel axim *libri p.* 505 uerruncen *libri p.* 505 precor ueniam petens *Ut* quae ego egi ago axim u. b. defendit *Buechelerus* 298 tota *Bamb.* templo *Albertus Langius Quaest. metr. p.* 13 templa *libri* 299 regeret *ed.* 1526 tegeter *libri* 301 exiliumque et desertitas *ausus sum: cf. ine. fab. fr. LXIII* exiliumque et senectus *libri, quod tuentur Geppertus de pronunt. 112 et CFW Mueller prosod. Plaut. 256* exiliumque et mendicitas *Buechelerus* exilium et senectus *olim dedi* et senectus et sitis *Perpetua Lud. Carrio Emend. II 16 ea ed. Veneta 1483* 302 triplici uel hinc triplici uel is tr. uel multiplici *Vossius in triplici libri praeter Bamb., de quo uide supra: nam latere potest.* merore *libri* 303 beluarum ac ferarum *libri, quod tuetur Bergkiius ephem. stud. antiq. 1852 p. 350.* beluarumque huc ferarum *olim scripsi. Templari alia possunt, uelut ferarum ac beluarum ne taetrét loca Aduéntus, uel intra unius septenarii spatium conclusa haec ferarum ac beluarum aduéntus ne taetrét loca.*

XXIII (28)

304 Quámquam aetas senét, satis habeam uírium ut te ara
305 árceam.

XXIV (3)

Neque tuúm te ingenium móderat, neque fratérnum ira
exiliúm leuat.

XXV (27)

'O multimodis uárium et dubium et próserum copém
diem!

XXVI (16)

Fléxa, non falsa aútumare díctio Delfís solet.

XXVII (2)

. . . scrupea saxéa Bacchi

310 Templá prope adgreditur.

XXVIII (7)

. . . tiasantém fremitu

XXIII Priscianus X p. 887 P. 'senesco incohatium est: nam positium eius seneo inuenitur in usu. Accius ... Paenius in Periboea: quamquam' e. q. s. (Pacubius Carolir. Grut. Paucubius Sang. Pacuius Bern. in Periboea om. Sang.) XXIV Non. 336, 26 'leuare rursum releuare ...' Idem 471, 7 'moderant pro moderantur.' Idem 472, 20 'moderant pro moderantur ...' XXV Non. 84, 23 'copi pro copioso ...' XXVI Non. 237, 2 'autumare est dicere.' XXVII Varro de l. L. VII 6 M. 'in caelo templum dicitur, ut in Hecuba ... in terra, ut in Periboea ...' XXVIII Non. 213, 13 'melos ... masculino ...' Merus uel librarii uel diorthotae error est

304 sq. *Septenarium agnouit Bothius, constituit M. Hertzius: olim, quia tamen antiquum esse putabam, senarios iambicos descripsi.* satis habeam tam *Reg. m. 2, Heidelb.* satis habeam rem *Reg. Bamb. Bern. Sang. Carolir. Halb. Grut.:* *librarium legi uoluisse haberem suspicatur Bothius.* satis habeam tamen *Krehlius* satis habeam ipse *olim.* te ab ara *Putschius* 306 tunc te *libri p. 336* moderant *libri p. 336 Bamb. p. 471* fraternon *libri p. 471* uetat *libri p. 471* 307 multimodis *Vrbín.* 307, *edd.* multimodiis *ceteri libri* uarie dubium *libri* 308 *plexa cont. Festi p. 230 M. glossa Bergkii ind. lectt. Halens. 1864 p. 1 (sed cf. Cicero de diu. II 56, 115 'oraculis ... partim falsis ... partim flexiloquis et obscuris.')* 309 sq. *Numeros Bergkii dactylicos metitur item ut u. 272 sq., fortasse recte.* saxa^e *Florentinus teste Wilmannsisio saxea probauit post Lachmannum Bergkii saxa ceteri* 310 *aggreditur Flor. An adgreditur? olim adgredite conieci.* 311 *thesiantem libri, h in W*

Concíte melum!

PROTESILAVS

Antonius Volsceus in argumento epistolae Ouidianae XIII: 'Pacuius et Titius Prothesilaum tragoediam ediderunt: ex qua multum in hanc epistolam Ouidius transtulit.'

TEVCER

I (6)

Quae désiderio alúmnum, paenitúidine,
Squalé scabreque, incúlta uastitúidine

II (11)

315 Post quám defessus pérrogitandod áduenas

apud Nonium p. 89, 14 u. 'coepere' quod pro Hypobolimaea Caecilii (fr. V) laudatur Periboea. Inserendum praeterea huic fabulae inc. fab. XLI.

PROTESILAVS. Indicavit C. Dilthey de Callimachi Cydippa p. 59 Titinius exemplar a. 1497, quo ipse quoque utor; corr. Dilthey. Cf. schol. Veron. in Verg. Aen. IV 146 'Asper: pictos, stigmatos, ut pictosque Gelonos in Protesilaodamia fac papyrin' (teste Herrmanno) 'haec terga habeant stigmata.' Nescio cuius comici haec esse indicat Dilthey.

Verendum non est, ne librorum erroribus inductus Laenii Protesilaodamiam cothurno donauerit Antonius.

TEVCER I Non. 152, 29 'poenitudinem. P. Teuchro ...' (Teuchro Bamb.) Idem 169, 23 'scapres pro scabres ...' Idem 185, 2 'nastities et uastitudo et uastitas ...' Idem 243, 4 'alumnum, filium ...' Festus p. 372 M. 'uastum pro magnum; ponitur tamen et pro inani. Accius — et Pacuius [314]' Eundem uersum uidetur Varro Manio saturae (fr. XIII R.) inseruisse, unde Nonius haec affert iam a Carrione Ant. Lect. I 2 cum nostris collata (p. 226, 4 'squalor feminini' 185, 16 'nastescant' 168, 19 'scabre' 125, 32 'inluuies, sordes'): 'ager derelinqueretur ac periret Squalé scabreque, inluuie et uastitúidine, quorum priora paulo fortasse uolentius Meinekius in numeros coegit scribendo: ager relinqueretur et perbiteret.

II Priscianus IV p. 634 P. 'scio, sciens: sic Apuleius ... et P. in Teu-

suprascr. thyasiantem Iunius, quod mira quadam argumentatione lueri studet L. Mueller mus. Rhen. XXIV 240 thyasiantem Scriuerius cuncta excitantem Bothius 2 fremitu Iunius fremita libri 312 concidi libri concine Palmerius Spicileg. ap. Grut. IV 778 concinui L. Mueller, scilicet ut senarium eliceret. 313 poenitudine libri p. 169. 185. 243 penitudinis Bamb. p. 152 poenitudini ceteri libri p. 152 314 squalé squapreque ed. Nonii a. 1526: cf. Varro. squalés scabresque Nonius p. 243 squalés scabresquae idem p. 185 sq. scabresqua idem p. 169 squalé scauerisque libri plerique p. 152 qualescauerisque Bamb. p. 152 quales scabres quod Festus Num incultu ac uastitudine? an inluuie ac uastitudine? 315 defesus Sang. difessus Bern. perrogitando libri

[Fuit] de gnatis, neque quemquam inuenit scium

III (20)

Neque perpetrare precibus impetrata quit

IV

Nihilne a Troia adportat fando? . . .

V (17)

Quam te post multis tuor tempestatibus!

VI (22)

320 Periere Danaï, plera pars pessum datast.

VII (19)

Profusus gemitu, murmure 'occisti' antruat.

VIII (7)

Nos illum interea proficiendo propitiaturus facul

Rémur.

IX (13)

Nam Teuorum regi sapsa res restibilet.

Incerta coniectura statui eandem fabulam fuisse Achillem et Myrmidones (Myrmidones) I Non. 433, 1 'peruicacia et pertinacia hoc distant: peruicacia est interdum bonarum rerum perseuerantia, pertinacia semper malarum. Accius Myrmidonibus: tu' e. q. s. (perseuerantia om. Bamb.) Cf. Frontonis epist. IV 2 (p. 92 ed. Rom. II) p. 60 Nab., de quo loco dixi ad Emii fr. inc. fab. LXII. II Non. 234, 8 'anima, nentus' Contulit Hermannus Homeri II. IX 358 sqq.

III Non. 502, 1 'accusatiuus pro genetiuo.' IV Non. 137, 33 'maestaret pro maerentem faceret.' (mestaret Bamb., ubi uersus

3 flacent libri flaccet edd. 4 Antiloche Scaliger Coni. p. 1, ms. Vossii Antilochae ceteri libri Antiloche ed. pr., recte 5 aio Aldina ai libri et ea Fruterius Veris. II 5 et a libri et haec Scaliger ea, om. et, Lachmannus in Lucr. p. 163 Versus 6 — 9 inuerso ordine in libris feruntur hoc: 8 9 6 7, quem correxit Bothius

8 dici Scaliger dicis libri me esse fort. ex meed ortum: cf. ad u. 36 et 53 10 sq. lassis trahere in salum libri classes trahere in salum Scaliger trahere in salum Classes Grotius Bibl. crit. nou. IV classes trahere nauium Videas in salum me Hermannus Opusc. V 140. Alia olim temptaui 12 facta Mercerus, Grotius Bibl. crit. nou. IV fata libri 13 quodsi Fruterius l. l. quod sic

Iám diu inflaumári Atridae náuis uidissént suas.

V (8)

15 Tram infrenes, óbstes animis, réprimas confidéntiam.

VI (9)

Tua honéstitudo Dánaos decepít diu.

VII (3)

‘Ego me non peccásse plane osténdam aut poenas
súfferam.

VIII (7)

Régnum tibi permítte malunt? cernant: tradam exércitus.

IX (4)

Nolo équidem: sed tu huic, quém scis quali in té siet
20 Fidélitate, ob fídám naturám uiri
Ignósee.

AEGISTHVS

I (2)

heu!

Cuiátis stirpem fúnditus fligí studet!

ipsi desunt ut plerumque in hac parte, et teste L. Muellero ann. philoll. 1867 p. 491 Leid. alter, ut puto. meriaret Leid. mertaret ceteri libri moeraret ed. Mediol. cf. 138, 33) V Non. 262, 15 ‘confidentia rursus temeritas, audacia . . .’ Cf. Homeri IX 496. 255 sq. VI Non. 120, 31 ‘honestitudo pro honestas. Accius Oenomaos . . . idem Myrmidonibus . . .’ VII Non. 396, 31 ‘sufferre est sustinere . . .’ VIII Non. 261, 24 ‘cernere rursus cedere, unde et cernere hereditatem filii patribus, id est cedere, dicti sunt.’ Conferunt Homeri II. IX 616 IX Non. 109, 31 ‘fidelitatem, id est fidem.’ Quadrat ad hanc fabulam inc. inc. fab. XXVIII; de XXVII uaga est ariolatio.

AEGISTVM et CLVTEMESTRAM diuersas fabulas fuisse nunc statuo. AEGISTHVS (AEGISTVS: cf. fr. V) I Non. 110, 32 ‘fligi, affligi. Liuius Aegistho . . . Accius Epinausimache . . . idem Aegistho: heu’ e. q. s.

libri: in sic litteris sei latere potest. stares Gifanius histares compuncta h Leid. istares ceteri libri. Cf. Lachmannus in Lucr. IV 283 te Mercerus, om. libri te meus m. uel adeo meus m. te sunt qui praeferrant mertaret libri moeraret ed. Mediol. 14 Atridae Mercerus et re libri ardere Fruterius Coni. ueris. III 2 tetre Bothius 15 infrenes Iunius in mg. infrenis libri 16 decepit Delrio decipit libri 18 malim Iunius in mg., Hermannus cernant Mercerus cernam libri, et legit ipse Nonius. exercitum Aldina

II (3)

Cui mánuſ materno sórdet ſparſa ſánguine.

III (5)

²³₂₄ Celebrí gradu gressum ádeceſſaſſe dedecet.

IV (1)

25 néque fera hominum péctora
Fragéſcunt, donec uím persensint ímperi.

V (4)

melius quám uiri

Cállent mulierés.

CLYTEMESTRA

I (1)

. sed uáluae resonunt régiae.

II Non. 170, 3 'sordet, sordidata est.' III Non. 89, 25 'celebre non solum frequens, sed etiam uelox.' Seruius in Aen. IV 611 'celerabat] alii celebrabat legunt, quia antiqui hoc uerbum in uelocitate ponebant. Actius: celeri' e. q. s. IV Non. 111, 1 'fragescere, frangi.' Comparauit Aeschyli Agam. 1601 II. *κρατηθεὶς δ' ἡμερώτερος φαιεῖ* (1619 sq. 1639 sq.) V Non. 257, 30 'callet significat scit: hoc est calliditate, quae est urbana scientia. Accius Egisto . . .' Similia sunt in Aeschyli Agam. 1605 *τὸ γὰρ δολῶσαι πρὸς γυναικὸς ἦν σαφῶς*.

CLYTEMESTRA nominis formam reuocauit Ritschelius opusc. II 197 sq.: cf. collecta a me ibidem 517 sq. et Fleckeiseni tit. L p. 13. Diphthongum oe Attio iudicauit in *annal. philoll.* LXXV 316 sqq. Actam a. 698 in ludis Pompei narrat Cicero ep. ad fam. VII 1. Cf. praeterea de off. I 31, 114. I Priscianus IX p. 863 P. 'haec tamen ipsa' (sc. in ui diuisas praeteritum désinentia, ut sonui, sonitum) 'et secundum tertiam uetustissimi protulisse inueniuntur coniugationem . . . Accius in Clytaemnestra . . .' (clytemnestra Reg. et fort. Halb. elitemnestra Bamb. Bern. dytemnestra Sang. Grut. Carolir. clytemestra Halb. corr.)

23 cum manus *Leid.* sparsa *ed.* 1526 sparsa *libri*, probauerunt *G. Hermannus et Albertus Langius Quaest. metr.* p. 5 Malim sparsa sordet 24 celeri *Seruius* adcelebrasse *Nonius* adcelebrauisse *Scaliger* dedecet *Buechelerus cont. Soph. El.* 871 sq. decet *Seruius* docet *Nonius* addecet *Scaliger* condecet *Machly ann. philoll.* 1857 p. 287. *Anapaestos* celebríque gradu Gressum nunc ad. decet *ne nunc quidem plane repudiauerim: nam chorum etiam nunc audire mihi uideor* 26 persensint (uel persensere) imperi *Hermannus* persenserim imperii *libri* persenserint imperii *Bentinus* imperi persenserint *Bothius* 29 sed ualde *Reg. Bamb. Bern. Sang. et i uel I eraso Grut.* sual de *Carolir.* regiae domus *Lips. b*

II (4)

30 Omnés [se] gaudent fácere recte, mále pigrent.
31

III (5)

Deúm regnator nócte caeca caélum e conspectu ábstulit.

IV (10)

Flúcti inmisericórdes iacere, taétra ad saxa adlídere

V (6)

34 Péctore incohátum fulmen flámmam ostentabát Iouis.
35

VI (9)

Cúr me miseram inrídēt, magnis cómpotem et multís
malis?

VII (7)

Scíbam hanc mihi suprémam lucem et séruiti finém dari.

II Non. 219, 14 'pigret ... Accius tytesemestra ...' (elite-
mestra Vrbin. 308 Clytemnestra edd.) III Seruius in Aen. I 88
'eripiunt, i. e. abstollunt.' IV Non. 488, 12 'flucti pro fluctus. Ac-
cius Telefo ... idem Clytaemestra ...' V Seruius in Aen. I 44 'illum
expirantem transfixo pectore flammam Turbine corripuit] Probus et tem-
pore legit ... sed qui legunt pectore, de Actio translatum affirmant,
qui ait in Clytaemestra de Aiace ...' (Clytemetra Cass.) VI Non.
521, 27 'compotem bonae rei solum dici existimatur, cum etiam mala
re positum sit. Accius Clytemestra ...' (Clytemestrã Bamb.)

VII Non. 226, 8 'suasione generis feminiini [... seruitus generis

30 Sic nunc scripsi. omnes g. f. r. mali, g. libri. Olim coll.
Aeschylī Agam. 501 sq. 580 ausus sum omnes boni Gaudēt ualere
recte, sed mali p., in quibus boni | omnes praeciuerat Vossius. boni
omnes g. f. r., male pigrant coniecit Bothius omnes sic audent f. r.,
male pigrent εἰσωνιζῶς dicta Buechelerus. Septenarius omnes g. f.
recte recti, nam mali p. Grotio, omnes g. f. r. non mali, mali p.
Hermanno placuit. 33 taetra Mercerus, qui quod praemisit et
omitti iussit L. Mueller annall. philoll. 1867 p. 493 aetra, om. et,
Bamb. et aetra, h. suprascripta. Leid. et aetra ceteri libri exceptis
W et Basil., qui totum uersus dimidium omittunt 34 in pectore
Seruius, quod olim in exitu uersus posui, ut Hermannum quoque
uoluisse enarraui. Non seruauī in, quia ex eadem hoc nuntii nar-
ratione frustulum desumptum est, unde III et IV sunt. fulmen in-
choatum flammam Seruius fulmen inchoatum [flammas] flammam olim
edidi. fulmen incitatum flammam Bothius fulmen inchoatam flammam,
flammam Beierus in Cic. de off. I 31, 114 (T. I p. 244) inchoatam
flagitat Kiesslingius 36 me edd. meae libri: an mee Attiana
scriptura? cf. u. 8 et 53 magnis Lipsius Epist. quaest. V 12 magis
libri 37 suppremam libri seruiti Bothius seruitutis libri seruitii

VIII (3)

. . . ut quae tum absentem rébus dubiis cóniugem
Tétinerit, nunc pródat ultorem?

IX (8)

40 séras potiuntúr plagas.

X (2)

Mátrem ob iure fáctum incilas, génitorem iniustum ád-
probas.

AGAMEMNONIDAE

I (1)

. inimicitias Pélopidum
Extinctas pausa, oblitteratas memória
Renouáre

II (2)

45 sie
Multi, ánimus quorum atróci iunctus málitia est,
Compósita dicta e pectore evoluúnt suo,

feminini.] Neutri Accius Clytemestra . . . VIII Non. 178, 12 'te-
tinerit pro tenerit . . . Accius Clytemestra . . . IX Donatus in
Terent. Adelp. V 4, 17 'potitur accusatio casu . . . X Non 125,
2 'incilare est increpare uel inprobare. Accius Meleagro . . . idem
Clytemestra . . . His reliquiis adiungi possunt inc. fab. fr. I. II.
inc. inc. fab. LXVII.

AGAMEMNONIDAS et ERIGONAM, quas pro eadem fabula habeo, diuer-
sas fuisse adfirmat Paulus Schmidt 'de Nonii Marcelli auctoribus gram-
maticis' p. 59. AGAMEMNONIDAE I Non. 146, 29 'oblitterare est obs-
curefacere et in obliuionem ducere.' II Non. 260, 21 'componere,
exsimulare uel fingere.'

Vossius 39 probat uictorem *ms. Fabri* prodat uictorem *Vossius*,
fortasse recte: et probauit Hermannus quoque. De senario tali
fere tetinerit, hunc nunc p. uictorem? nego cogitari posse Buechlero
uiletur. 40 seras ed. Veneta siras cod. Reg. apud Lindenbrogium
feras ed. pr. saeuas conieci serenas uel astriferas uel superas malit
Buechelerus 41 matrem ob Grotius matre meo libri matrem me
ob Bergkii Mus. Rhen. 1835 p. 82 incilans Veneta, probauit
Hermannus. 42 Pelopidum Vossius Pelopidarum libri 43 ex-
tinetas Bentinius extincta libri pausa scripsi causa Urbin. 307
tam ceteri libri iam atque Iunius fama Buechelerus 45 sic delet
Vossius 46 multi libri plerique, om. ms. Barthii multis ms. Fabri
iunctus ms. Barthii, Schoppius Veris. IV 12

Quae eúm componas, dícta factis díscrepant.

ERIGONA

I (5)

Loerórum late uíridia et frugum úbera

II (6)

50 Adséntio: age nunc tú tuam progéniem profer órđine.

III (10)

Hóspitem depósitam interimes?

IV (9)

Quód ntinam me suís arquitenes télis mactassét dea!

V (1)

Tum aútem Aegisthus sí med eodem lécto ⁶comitassét
patri!

VI (8)

Séd ubi ad finem uéntum est quo illum fórs expectabát
loco,

55 'Adque Orestem gráuís sacerdos féro prompto adstítuerat

ERIGONA I Non. 498, 5 'genetiuis positus pro ablatiuo nel aduerbium loci ...' (Erigena Bamb.) II Non. 469, 18 'adsensit' (adsentit Bamb.) 'est et passiuum. Accius Neoptolemo ... idem Erigona ...' III Non. 279, 11 'deponere est commendare.' IV Non. 341, 25 'mactare est immolare ...' V Non. 85, 14 'comitasset pro cobuisset.' (cobitasset/Salmasius Exere. Plin. p. 825 cubuisset Bamb. Tur. concubuisset Vatie. 2916) VI Non. 315, 10 'grauē, triste.'

49 Loerorum *edd.* loerorum *libri* loerorum *Bothius* lucorum *Buechelerus* latae *Leid.* fruguū *Bamb.* 50 tu tuam *libri*, quod ut seruetur *CFW Mueller prosod. Plaut.* 149 duo hemistichia adsentio: age nunc tu tuam | progeniem e de ordine disponi uult. tuam *ed.* 1840 profer nunc scripsi. et *libri* *Olim Merceri senarium* adsentio: age nunc tuam p. e de ordine probabam 51 depositam *Geneu. Leid.* deposita ceteri *libri* 52 arquitenes *libri*, antiqua scriptura. arcitenens uulgo 53 si med eodem *Palmerius Spicileg. ap. Grut. IV* 764 si me esse eodem *libri*, quod si med interpretari possis: cf. u. 8 et 36 si me eodem *Grotius Bibl. crit. nou. IV* leto *Grotius, Palmerius* 54 fanum *Lipsius* uentum est in quo *libri* uentum in quo *Bothius* illum fors sectabatur *Palat.* fors illum sectabat *Vrbm.* 308 illum expectabat fors *Vossius* i. f. spectabat *Buechelerus* 55 ad quem *W* atque ceteri *Orestem Ritschelius opusc. II* 487 Orestes *libri*, tuctur *Buechelerus mactaturum Erigonam intellegens* Orestem *Grotius* ferro cum prompto *Grotius* adsti-

VII (4)

[Nam] quámquam exanguet còrpus mi atque annís putret

ALCESTIS

Cum stríderat retrácta cursus ínferis

ALCIMEO

I (4)

quós deseruit líberos,

Supérstites sunt

II (8)

60 Vt me depositum ét maerentem nuntio repéntino alacrem
Réddidisti adque éxcitasti ex líctu in laetitúdinem!

III (2)

Quod di ín sedem infernám penitus

VII Non. 159, 19 'putret ...'

ALCESTIS Priscianus IX p. 867 P. 'strideo quoque stridi facit ... i autem tam in praesenti quam in praeterito productam habet ... Accius in Alceestide ...' (in Alceestide om. Sang.) Idem p. 893 P. 'strido et strideo tam tertiae quam secundae coniugationis inuenitur ... sed puto euphoniae causa non esse in usu strisi, sed stridi ... Accius in Alceestide ...'

ALCIMEONEM et ALPESIBOEAAM unam eandemque fabulam fuisse adfirmat Bothius, iure negat Paulus Schmidt l. l. De nominis ALCIMEO forma quae disputari uide in Ritschelii opusc. II 613 sq. I Non. 393, 24 'superstites ueteres ponebant incolumes ... Accius Alcimeone ...' II Non. 132, 9 'laetitudine pro laetitia. Accius Alceimone ...' (alcimeone Vrbin. 307) III Non. 487, 25 'specis pro specu-

tuere libri plerique adsistit Geneu. Basil. adstittit Grotius 56 nam Ritschelii opusc. II 621, om. libri exangue est libri est exsangue Bothius mi Bothius mihi libri 57 tum Grut. p. 893 strideret libri p. 867 striderit ed. Veneta ^rpetracta Bern. p. 867 rursum Sang. ibidem: cf. Ritschelii opusc. II 260 sq. rursum ab Vossii ms. rursum ab Bothius 58 suos libri Interrogatio an adfirmatio sit non liquet.

Senarium Bothii suos d. l. superstites probat Buechelerus 60 depositum Palmerius Spicileg. ap. Grut. IV 780 repositum libri depositam conici posse monui in quaest. scen. p. 324 et maerentem Iunius immerentem libri ac maerentem Palmerius. An ut maerentem? nuntio repentino Bothius repentino nuntio libri tam repente nuntio Vossius alacrem repente nuntio Machly ann. philoll. 1857 p. 287 repentino alacrem n. exitum commendat Buechelerus in antecedentibus corruptelam quaerens: repéntino uel répenino caret auctoritate

61 atque excitasti Mercerus adine hesitastis libri ac me excitasti Iunius ac me excitastis ed. 1526 62 quod di in sedem infernam

Depréssum altis clausére specis.

IV (7)

qui ducat cúm te socerum uíderit,

65 Géneribus tantam ésse impietatem?

V (1)

Fata út frustrando láctans uanans prótrahas.

VI (3)

Quia néc nos nec ille impúne inriderét meam

Grandaéuitatem

VII (5)

Atque éccos segnis sómno et tarditúdine.

VIII (6)

70 Postrémo amplexa frúctum, quem di dánt, cape!

ALPHESIBOEA

I (5)

Ita térrita membra animo aégroto

Cunctánt subferre labórem.

bus. Accius Alcmeone . . .’ (Almeone Bamb.) IV Non. 487, 29
 ‘generibus pro generis. Accius Alcmeone . . .’ (Alomeone W Al-
 chimaeone Bamb.) V Non. 16, 22 ‘lactare est inducere uel mulgere
 uellere decipere . . . Accius Alcimaeone . . .’ Idem 184, 1 ‘uanans
 dictum pro fallens. Accius Almena . . .’ VI Non. 116, 11 ‘gran-
 daeuitas. Accius Alcimachone . . .’ VII Non. 181, 18 ‘tardi-
 tudinem et tarditiem pro tarditate . . . Accius Almene . . .’ (Accius
 Almene om. Leid. Accius Almeone Iunius) VIII Non. 470, 11
 ‘amplexa pro amplexare. Accius Alcmeone . . .’ (solomeone Bamb.)
 ALPHESIBOEA immo ALPESIBOEA I Non. 469, 23 ‘cunctant pro

L. Mueller annall. philoll. 1867 p. 495 quod di interdum inferam libri
 quod di in terram infernum *Buechelerus* quo di infernum *olim scripsi:*
nunc seruaui quod quamquam incertus, utrum sit aduerbium quo (cf.
Pacuu 225) an pronomen siue coniunctio. Chaos intellegi uult L.
Mueller. quod di interdiu infernum *Gulielmus Veris. I 6* quod di in-
 terdiu inferum *Bothius* quod di ted infernis uel quod di infernis *Vos-*
sius, qui anapaestos agnouit 63 depressum *Leidd. Bamb.* interpres-
 sum *ceteri libri* clausurunt *Bothius* 64 socerum uiderit *Vossius*
 uiderit socerum *libri* generis libus *suasit Schneidewinus* 66 fata ut
Buechelerus tanta ut *libri p. 16* tanta *libri p. 184* tanta ui *Schoppius*
 tantum ut *Vossius* protrahit *libri p. 184* protrahis *Schoppius*
 67 nos *W* 69 signas *Leid.* 70 Non dubitandum uidetur quin
 amplexa *participium sit* 71 trita *ed. pr.*

II (4)

etsi est in malis

Depositus animus, quae scibo exinde audies.

III (1)

75 [Nám] quid hic tam obscure dictum est, tamne inenodabile?

IV (2)

Si tuí ueretur te progenitorís, cedo.

V (9)

. . . sed tibi caútum est adeundum ad uirum.

VI (2)

At uereor, cum te esse Alcimeonis fratrem factis dedicat

VII (6)

Cum ipsá simitu miseritudo meórum nulla est liberum.

cunctantur.' (Alpesiboea Bamb. Alphesiboea ceteri.) II Non. 279, 25 'deponere est desperare, unde et depositi desperati dicuntur . . . Accius in Tereo . . . idem in Alfesiboea . . .' III Non. 15, 10 'enoda significat explana . . . Accius Furysae . . . idem Alfesiboea . . .' IV Non. 497, 2 'cum sit: ueretur illam rem . . . ueteribus genetius pro accusatio poni placet . . . Accius Alphesiboea: si' e. q. s. V Non. 512, 10 'cautum pro caute. Accius Alfesiboea: sed' e. q. s. VI Non. 280, 4 'dedicare est dicare. M. Tullius Accius in Alfesiboea . . .' (Exciderunt post Tullius uerba (Ciceronis) VII Non. 136, 19 'miseritudine pro miseria uel misericordia. Accius Astyanacte . . . idem Alphesiboea . . .')

74 animus, quae scibo exinde *Bothius dubitanter*. animus meus quae scibo exinde *libri* animus meus q. s. ex me *Vossius*, *Bothius* audies *Vossius* audiet *libri* in malis Méus etsi est depositus animus, quae scibo, exinde audies *Bothius* 2. *Temptauí uaria, e. e.* etsi meus est in malis, *quod uerum uidetur, et u.* 74 exindaudies, *Kießlingius* depositus animus meus quae scio ego indaudies; *non longius aberat* quae scio ea indaudies. 75 nam *om. libri* quid itam *libri* quid? itane *Bothius* 1 quid ita? tamne *Bothius* 2, *fort. recte* obscure dictum *Bothius* obscuri dicunt *libri*, nisi quod obscuro dicunt *mss. Merceri* obscuridicium *Mercerus* 77 sed ubi cautum est ad eundem *Bamb.* 78 at *Iunius* ad *libri* Alcimeonis *restitui in Ritschelií opusc. II* 513 Almeonis *libri* Alemaeonis *uulgo* quoniam esse Aleumaéonis | te fratrem *temptauerat Ritschelius opuse. II* 486 *dedicas fuit qui proponeret* 79 simitu *Bothius* 2 *simeta libri* siet *Vossius* siet. Ah *Bothius* 1 meorum *Vossius* eorum *libri* nulla *Heinsius*, *Bothius* 2 ulla *libri* illa *Bothius* 1

VIII (8)

80 O dirum hostificúmque diem, o nim tóruam aspecti at-
que hórribilem!

IX (3)

Sed angústitate inclúsam saxi, squálidam

AMPHITRVO

I (10)

Cum pátre paruos patrium hóstifice
Sanguíne sanguen miscére suo

II (4)

Vt tam óbstinatod ánimo confisús tuo

III (5)

85 An málad aetate máuis male mulcári exemplis ómnibus?

VIII Non. 485, 25 'aspecti pro aspectus. Accius Astyanacte ... idem Alfesiboea ...' (Alphesiboea W) IX Non. 73, 25 'angustitatem dictum pro angustia. Accius Alfesiboea: sed' e. q. s.

AMPHITRVONEM et PERSIDAS coniunxi cum Grotemeyero. AMPHITRVO (AMPITRVO) I Non. 224, 10 'sanguis masculino genere in consuetudine habetur ... neutro ... Accius Amfitryone: cum' e. q. s. II Festus p. 193 M. 'obstinato, obfirmato, perseueranti, ut tenere possit — ut Accius in Amphitryone: ut tam' e. q. s. III Non. 1, 27 'aetatem malam senectutem ueteres dixerunt ... Accius Amfitryone: an' e. q. s. (Amfytryone Bamb.)

80 *Seruauit octopodiam dactylicam (non trochaicam) qualem olim edidi; nam 'monstrum' esse quod Aeschylus alique Graecorum poetae tragici usurpauerunt mihi non persuasit L. Mueller ann. philoll. 1868 p. 434. Anapaestos ante hunc iam Geppertus de pronunt. serm. Lat. 115 commendauerat, quos qui praeferet, probabiliore quam illi poterit remedio elicere, si scripserit o dirumque e. q. s. o dirum, suprascr. o, Leid. o diorum Bamb. odiorum W odiosum Delrio o odiosum Geppertus maestificumque L. Mueller ouium turbam Leid. Bamb. An in trochaeis mensura hórribilem toleranda? cf. 501 81 sed libri, quod defendunt Geppertus l. l. 94 et CFW Mueller prosod. Plaut. 288 sei Lachmannus in Luer. IV 81 se Buechelerus. An sic in fine antecedentis uersus fuit? angustitatem inclusam ac saxi libri 82 paruus Vossius, Bothius. An pueros? patrium Bothius patrum libri parat Vossius hostifico Bothius 83 miscere Passeratius hiscere libri suum Vossius scio Bothius 84 aut Aldina obstinatod in tragoedia etiam tum auditum esse statuo. obstinato cod. Olim ego addidi. 85 Iambos nunc notauit, olim trochaeos, cum mala pro monosyllabo haberem. mala libri an mala | aetate mauis CFW Mueller l. l. 384, item si recte*

IV (8)

Sed quacóniam haec mulier ést funesta uéste, tonsu lí-
gubri?

V (1)

. sí satis recte aut uéra ratione aúgurem

VI (9)

Tamen ést staturae grácilitudo própemodum et luctús facit,
Ne díbitem.

VII (6)

90 Quín meum senium cúm dolore tuó coniungam et cóm-
parem

VIII

Pértolerarem uítam cladesque éxanclarem impétibilis.

IX (3)

Cédo quid ei redhóstis? tum Comaéto obbitet fácilius

IV Non. 179, 18 'tonsus pro tonsura ... Accius Amfitryone: sed' e. q. s. V Non. 469, 3 'auguro. Accius Oenomao ... idem Amfitryone ...' (augurio ... Amfitryone Bamb.) VI Non. 116, 2 'gracilitudo et gracilens pro gracilis ... Accius Amfitryone: tamen' e. q. s. VII Non. 255, 29 'comparare est sociare, coniungere. Accius in Amfitryone: quin' e. q. s. VIII Non. 292, 12 'exanclare etiam significat perpeti ... Accius Diomede ... idem Amfitryone ...' Hunc locum Plauti Amphitruoni IV 2, 11 inseruit suppositarum scaenarum auctor IX Festus p. 270 M. 'redhostire, referre gratiam — — Accius in Amphitryone: cedo' e. q. s. Non. 165, 20 'redostit, reddit. Accius Amfitryone: quid' e. q. s.

intelle. ci Geppertus l. l. 113. nisi quod hic temere manus aetate transponi iubet. 86 mulier est Vossius est mulier libri — funesta edd. funestat libri funestast L. Mueller de re m. 38 trochaeos dimetiens.

87 si recte satis Vossius satis si recte Bothius nisi satis Bucchelerus. Comici praeter alia nesi si satis uel ne, si s. uel si (nisi) sic s. potest ner ratione Bamb. — augurem ed. pr. augurer libri augurent ed. 1480

88 tamen et staturae Gebhardus Ant. Lect. I 5 tamen et statucae et libri tamen tua Tunius tamen etsi tua Vossius tamen et status cont. inc. fab. XLIII Vsenerus — propemodum Grotius et propemodum libri

92 cedo om. Nonius — quid ei uel huic nunc conieci, quid mihi olim. quid hic Nonius ecquid te Festus, II. Keilius Mus. Rhen. VI p. 624 ecquid hic Bothius — redhostis? tum Comaeto scripsi redostit uiam cometem Nonii libri redhosti titum eum eas sem cod. Festi teste II. Keilio l. l., in quibus uide an haec redhostis? tum iam (uel eum uel eam) faesim lateant. redhosti, cum ea seni Scaliger redhostit, ut cum ea se A. Augustinus, Vossius redhostit? an quo me Mercerus redhostit? iterum cura

X (11)

Si fóрте paulo quám tu ueniam sérius

XI (7)

Miserét lacrimarum lúctuum orbitúdinis.

XII (12)

95 Non páruolam rem ordíbor. — Ne retice, óbsecro!

XIII (2)

Hócinest, quo tám temeriter tú meam beniuoléntiam
Interisse es rátus?

PERSIDAE

Satin út quem cuique tribuit fortuna órđinem,
Numquam úlla humilitas íngenium infirmát bonum?

ANDROMEDA

I (11)

100 Quot Lúna circlos ánnuo in cursu ínstitit

X Festus p. 343 M. 'setius' (serius Vrsinus) 'a sero uidetur dictum. Accius in Amphitryone: si' e. q. s. Paulus p. 342 M. 'serius Accius a sero comparauit, ait enim: ne, si forte' e. q. s. (Potest ne ex [Amphitryo]ne titulo reliquum esse.) XI Non. 146, 15 'orbitudinis pro orbitate. Accius Amfitryone: miseret' e. q. s. XII Non. 39, 21 'ordire est ponere, incipere. Accius Amfitryone: non' e. q. s. (ordiri Bamb.) XIII Non. 516, 3 'temeriter. Accius Amfitryone: hoc' e. q. s. (Amfitrione Bamb.)

PERSIDAE Priscianus de metris com. p. 1325 P. 'nec solum comici huiuscemodi sunt usi iambis, sed etiam tragici uetustissimi, ut Ennius in Medea ... Accius in Argonautis ... idem in Persidis ...'

ANDROMEDA I Non. 20, 25 'circus dicitur omnis ambitus uel goeirus' (goeirus W girus, sed i in duarum litt. rasura posita, Bamb.) 'cuius diminutium est circulus.'

ne se *H. Keilius* obbitet scripsi, sc. facinus quod flagitas. obbiet *W* obtet *Leid.* obhiet *ms.* Iunii obiet ceteri libri Nonii obiectet *Festus* oblectet *A. Augustinus*, Vossius temptet *Mercerus* 93 ne si *Pauli Festus: u. supra* serius *Paulus*, quod probat praeter *O. Muellerum Fleckeisenus Mus. Rhen. VIII p. 223* setius *Festus*, tuetur *Wagnerus Orthogr. Verg. p. 472* secius uel sequius *Scaliger*. Cf. *Charisius p. 194 P. u.* setius et secus 95 *Personas distinxit Delrio* paruolam *Bothius* 2 paruam libri *An ordibo?* 96 hocine est *Delrio* hoc in te est *ms. Doruill.* hoc in re est ceteri libri hocin rest *L. Mueller de re m. 421* quo (sic *Leid. mss. Par. 7657 et 7666 Palat. Voss. 116* quod ceteri) tu tam (ta *Bamb.*) temeriter libri, quae transposui. beneuolentiam *Bamb.* 97 interiisse ratus es *Palat. Doruill.* 98 satim *Leid. V* scin olim conieci quemcumque *Bothius* 100 quot *Lipsius Ant. Lect. V 22* quod libri circlos

II (5)

Cum nínxerint caeléstium molém mihi.

III (14)

Nísi quíd tua facultas nobis túlat opem, pereám . .

IV (13)

103 Nec quí te adiutem inuénio: hortari píget, non prodesse
104 íd pudet.

V (2)

105 Múliebre ingeniúm, prolubium, occásio
106

VI (7)

namque ut dicam té metu

II Priscianus X p. 882 P. 'ninguo quoque ninxi, unde et nix ...' (actius Reg. in Andromeda om. Sang.) III Maerobius de diff. et soc. Gr. et Lat. uerbi 6, 14 (in Keilii gramm. Lat. vol. V p. 607) 'fero tuli et tollo tuli ... Accius uero in Andromeda etiam ex eo, quod est tulo, quasi a themate tuli, declinat: nisi' e. q. s. IV Non. 424, 2 'pudet et piget hoc distat: pudet enim uerecundiae est, pigere paenitentiae ... Accius Neoptolemo ... idem Anpromeda ...' (Andromeda Lipsius Ant. Lect. I 2) V Non. 64, 8 'proluuium ...' VI Non. 174, 22 'segnitas pro segnitia. Accius Aeneadis ... idem Andromeda ...'

post Osannum ad Cic. de rep. p. 379 Buechelerus Coni. Lat. 13 sq. circulos libri circos Merceus cursu Vatic. curso ceteri libri 101 nínxerit Bern., fort. recte (Iuppiter scil.) cum nínxerit caelestium molimine Grotius 102 quíd Bothius quod exemplaria quidem Bergkii symb. ad gramm. Lat. I 55, creticos horridulos nescio quos commendans. facultas tua túlat nobis Bothius opem, peream nunc scripsi duce Hieslingio, qui peribimus uel nos periimus clausula uersum finiri uult. In comoedia probe adderem. operam exemplaria opem Bothius opem cito olim proposui, cum mancum uno pede ab initio quoque septenarium statuerem 103 sq. Octonarium iambicum qualem dedi agnouit L. Mueller de re m. 38: septenariorum trochaicorum frustula, quorum prius post piget terminetur, dispescuit Buechelerus l. l., senariorum, quorum posteriori tres primi pedes deessent, ego olim. ne quiete libri, nisi quod quietem ms. Iun. nec qui te Iunius, Lipsius Ant. Lect. I 2, Cuiacius Obseru. XI 21 neque qui te Buechelerus adiuter Bergkii Mus. Rhen. 1835 p. 79 hortari piget Scriuerius hortari pudet libri, Bergkii l. l., fort. recte id piget edd., Bergkii l. l., fort. recte 105 sq. Trochaicos nunc cum Buechelero descripsi, olim creticos prolubium Lipsius proluuium libri 107 sq. libros nunc cum Buechelero secutus sum: olim haec ut fr. V creticis inclusi, quibus trochaici octonarii ultima dipodia namque ut dicam praeret. namque ut te metu Aut segnitata dicam Fossius

Aut ségnitate adiúuere dubitare, haút meum est.

VII (4)

Múlti iniquo, múlier, animo síbi mala auxere ín malis,
110 Quíbus natura práua magis quam fórs aut fortuna óbfuit.

VIII (8)

Mísera obualla sáxo sento, paédore alguque ét fame

IX (1)

Quí neque terraest dátus, nec cineris caúsa unquam
euasít uapos.

X

Immáne te habet témplum obuallatum óssibus.

XI (3)

Alui éducaui: id fácite gratum ut sít seni.

XII (12)

115 Quód beneficium haut stérili in segete, réx, te obsesse
intélleges.

XIII (6)

Donée tu auxilium, Pérseu, tetulistí mihi.

VII Non. 425, 11 'fors et fortuna hoc distant: fors est casus temporalis, fortuna dea est ipsa. Accius Astyanacte . . . idem Andromeda . . .' VIII Non. 72, 7 'algu pro algore.' IX Non. 487, 10 'uapor et uapos . . .' X Non. 323, 10 'inmane, foedum. Accius Automedia . . .' (Andromeda Aldina Hippodamia Ladewicus Anal. scen. p. 34) XI Non. 422, 15 'alere et educare hoc distant: alere est uictu temporali sustentare, educare autem ad satietatem perpetuam educere . . .' XII Non. 395, 25 'segetem etiam ipsam terram dicimus . . . Accius Oenomao . . . idem Andromeda . . .' XIII Non. 178, 16 'tetulit, tulit.'

108 adiuuere dubitare *scripsi* aut dubitare *W* addubitare *ceteri libri* adire *uel* tardum dubitare *Buechelerus* Interpellari sermonem sic aut segnitate dubitare. — Haud id meum est. — Tace *Kiesslingius* statuit. aut meum *Leid.* haud meum *ceteri* 109 iniquo *Iunius* in quo libri auxere *Gulielmus Veris. I 6* ausere libri 111 misere *Bothius* obualla libri, tuctur *Buechelerus.* obuallata *Delrio* obuallas *Bothius* obuallor *ci. Vsenerus* senio libri, correxi pudore *W* 112 terra est *Bamb.* terrae est *ceteri* cynneris *Bamb.* 113 Posse etiam septenarium trochaicum ab initio mancum esse, qualem olim notavi, neque hic neque alibi monere uolui. immane te habet *Aldina* immanitate habet libri immani tabe *Mercerus*, quod placuit *Buechelero.* 115 haut *Mercerus* aut libri obsesse *Gulielmus Veris. I 6, Fru-terius Veris. II 5 Epist. phil. II ap. Grut. V 385* obesse libri intelleges *Gulielmus* intellegis libri

XIV (9)

Nosque út seuorsum díuidos leto ófferes

XV (10)

Nam pósquam paruos uós oppressit fámulitas

ANTENORIDAE

I (3)

ad populum intéllego

120 Referéndum, quoniam horum aéquiter senténtiae
Fuére.

II (2)

Fortásse an sint, quos híce non mertét metus.

III (5)

Séd quis hic est, qui máttinum cúrsum huc celerantér
rapit?

IV (1)

Namque húc em uenio, ut méa ope opes Troiae íntegrem.

XIV Non. 95, 24 'diuidos, id est separatos.' XV Non. 109, 26
'famulitas est seruitus.' Perseus poterat inc. inc. fab. CIII dicere.

ANTENORIDAS et DEIPHOBVM titulos cur ad eandem referas fabulam
causa idonea non est. ANTENORIDAE I Non. 512, 29 'aequiter pro
aeque ...' II Non. 138, 33 'mertaret, mergeret.' (fort. 'mertare,
mergere') cf. Pauli Festus p. 81 u. exfuti, p. 124 u. mertat; Quintilia-
nus I 4, 14. III Non. 513, 23 'celeranter pro celeriter. Accius
tenoridis ...' (noridis Bamb. Antenoridis edd.) IV Non. 127,
1 'integrare, redintegrare ...'

117 seuorsum scripsi seorsum libri, quod ne duarum syllaba-
rum mensuram egrediatur, nosque uni scribi suadet Buechlerus:
idem adsequaris in trochaico septenario, cui desit prima dipodia
diuidos] cf. Lachmannus in Lucr. p. 306 offeras Scriuc-
rius 118 posquam Urbim. 307 postquam ceteri libri 120 refe-
rendum quorum aequiter Bamb. 122 fortasse an debere trisylla-
bum esse concedo Gepperto l. l. 11 et L. Muellero de re m. 253,
quorum ille quas sententiae facctias excogitauerit tacere malo.
Ceterum ipse olim in addendis fortasse an sit ut trochaici uersus,
cui prima dipodia deesset, frustulum proposueram. Non offendit
hiatus Bergkium symb. ad gramm. Lat. I 107, quamquam fortassis
an facile scribi licuisse monet. sint quos ed. Mediol. sit quod Leid.
sit quos ceteri libri hic libri mertaret L. Mueller propter
lemma. 123 hunc Bamb. capit Palat. 124 em uenio scripsi

V (4)

125

qui aut illorum copias
Fundam in campo, aut manus uram, aut castra ~~prae~~^cmactabo
in mare.

DEIPHOBVS

I

[~~Deae~~] Mineruae donum armipotenti abeuntes Danai dicant.

II (2)

Eo ante noctem extenta retia ut prouherem et staturerem,

Fortē aliquanto solito lembo sum progressus longius.

III (1)

130 Nos continuo ferrum eripimus, manibus manicas neximus.

V Non. 341, 15 ^cmactare, praecipitare.

DEIPHOBVS (DEIPOBVS: cf. fr. III) I Seruius in Aen. II 17 'Accius in Deiphobo inscriptum dicit' (sc. equum): 'Mineruae' e. q. s. (Dei foebo Cass.) cf. Hygini fab. 108 'in equo scripserunt: Danai Mineruae dono dant.' II Non. 534, 2 'lembus, nauicula breuis piscatoria. Accius Deifoebo ...' (deifob Bamb.) III Priscianus IX p. 861 P. 'nexo quoque nexas uel nexis, ut Probo placet, nexui. Vergilius tamen

inuenio libri aduenio *Bothius 2*. *Lachmannus in Lucr. p. 163* uenio *Iunius* id uenio *Vossius* Troiae *Iunius Trogae libri* 125 qui aut libri plerique quieuit *Basil. (num latet quei? cf. 103)* quia aut *Mercerus* quin aut *Bergkius de fragm. Soph. p. 4* quin *Bothius 2* fundam in campo copias *Bergkius l. l.* 126 metabo *Bothius 2* 127 deae om. *Seruius* armipotenti *Fuld.* armipotentes *Cass.* abeuntes Danai *Bergkius Mus. Rhen. 1835 p. 83, Seru. Cass. part. II p. 11* Danai abeuntes libri abeuntes Danai Mineruae donum armipotenti dicant *L. Mueller annall. philoll. 1868 p. 434* Mineruae armipotenti hoc abeuntes donum Danai dedicant *Vsenerus* 128 eo ante noctem *Scriuerius* eo ante nocte libri plerique ante nocte *Bamb.* eo 'Ante noctem *Bothius, CFW Mueller prosod. Plaut. 289* ego autem nocte *Bergkius Mus. Rhen. l. l.* eo ante commendat *Geppertus l. l. 93* Delere eo non ausim externa *Bothius 2* extrema libri *cf. Lachmannus in Lucr. I 230* extrema *Iunius* ex terra *Grotius Bibl. crit. nou. IV* extremam *Bothius 1* hesterna *Scriuerius* prouherem ante *Mercerum* praeueherem libri 129 aliquando *Bamb.* solito *Gerlachius solitus libri* quam solitus *Iunius* lembo *Bamb.* 130 eripimus *Eutyckis Tegerns.* manibus conieceram, quod nunc

IV (3)

Aút infandod hómíne, gnato Láerta, Ithacensi éxsule,
 Quí neque amico amícus unquam gráuis neque hosti
 hostís fuit.

V (4)

Vel hic quí me aperte effrénata impudéntia
 Praeséntem praesens díctis mertare ínstitit.

ANTIGONA

I (4)

135 Quid agís? perturbas rem ómnem ac resupínás, soror.

II (6)

. . . . quánto magis te istí modi esse intéllego,

. . . secundum primam protulit coniugationem. Lilius uero in Odissia: nexebant . . . Accius in Deiphobo . . .’ (deiphoebo Sang. deip^hoebo Grut. deiph^o Karolir.) Idem X p. 904 P. ‘nexo nexis uel nexus nexui . . .’ (act^us Reg. Achius Bern. Karolir. in Deiphobo om. Sang. deip^hoebo Karolir. m. 2) Eutycheis ars p. 2187 P. (gramm. Latt. ed. H. Keil. uol. V p. 485) ‘nexo . . . tam nexus . . . quam nexis, ut Accius in Deiphobo . . .’ (in deiphebo Paris. Fris. inde inphobano sinus Tegerns.) IV Non. 314, 20 ‘grauē multum, ualde significare ueteres probant . . . nam et grauiter multum intellegitur . . . Accius Deifobo: aut’ e. q. s. V Non. 139, 1 ‘mertaret, mergeret. Accius Antenoris . . . idem Deifobo . . .’ Idem fere argumentum in Epyo TROIANO incerti poetae tractatum est.

ANTIGONA I Non. 165, 2 ‘resupinas, honeste, id est ab incepto renocas uel peruertis significat.’ II Macrobius Sat. VI 2, 17 ‘Vergilius: o praestans animi iuuenis, quantum ipse feroci Virtute exuperas, tanto me impensius acum est Consulere, atque omnes metuentem expendere casus. Accius in Antigona . . .’

uideo confirmari Eutycheis Par. et Tegerns., ubi omnibus manibus legitur. omnibus ceteri et Eutycheis et Prisciani libri, nisi quod omnes Erl. a Prisciani p. 904 131 infando homine libri. Versui etiam infando homine satis faceret: quidam in infando homine legi posse monuit. gnato Laerta Rothius gnato Ierata Basil. gnatu laerat W gnato laerata ceteri libri gnato Laertae Mercerus generato Laerta Fossius Laerta gnato Bothius Ithacensi Mercerus ithacense se Basil. ait hac enase W ithacense ceteri libri exule W ex exule Basil. ex solo Mercerus 132 quinque W 133 hic, quod olim deleueram, nolui amplius turbare: tuentur Geppertus p. 111 et CFW Mueller l. l. 323. me aperte Rothius me a parte libri me expertem Bothius 134 praesens praesentem malit Kiesslingius 135 soror Iunius sorori libri 136 isti modi Ritschelius opuse. II 692 istius modi libri

Tánto, Antígona, mágis me par est tíbi consulere et párcere.

III (2)

Attát, nisi me fallít in obitu

Sonitús

IV (3)

140 Heús, uígiles, properáte, expergite

Péctora tarda sopóre, exurgite!

V (5)

iam iam neque dí regunt

Néque profecto deúm supremus réx [res] curat hómínibus.

VI (1)

. . ne istum número amittas súbitum oblatum . . .

ARMORVM IVDICIVM

I (3)

145 Sed íta Achilli armis ínclutis uescí studet,

III Non. 357, 22 'obitus rursus aduentus.' IV Non. 104, 16 'expergo' (expargo *Vrbin.* 307) 'pro expergefacio.' V Macrobius Sat. VI 1, 59 'Vergilius: iamiam nec maxima Iuno Nec Saturnius haec oculis pater adspicit aequis. Accius in Antígona ...' Cf. Sophoclis Antíg. 921 sqq. VI Non. 352, 17 'numero significat cito. Accius Oenomaos ... idem Antígona ...' (numero significatione cito Iunius e Festo p. 170 M. nummo cito ms. Fabri numero significatio ceteri libri)

ARMORVM IVDICIVM I Non. 416, 5 'uesci etiam significat uti ...'

137 consulere et parcere *tuetur Bergkii Mus. Rhen.* 1835 p. 80 consulere parcere *Bothius* 138 sq. *Dactyli olim, postea trochaei uidebantur Bothio* 138 *An delendum in? obitu Palmerius obitum libri Buechelerus, cui duriores uidentur anapaesti, senarium aduentat, nisi (uel attát, nisci) me fallit in obitu sonus commendat.* 140 sq. *Dactylos agnouit Hermannus elem.* 328: *pessimos anapaestos proposuit CFW Mueller l. l.* 408 expargite *Vrbin.* 307

142 sq. *iamiam Néque octonario trochaico olim cum Bothio dederam* 142 *dirigunt Med. Borbon. dirigunt Anglic. dii regunt ceteri libri regunt di Bothius* 143 *supremus rex Borbon. summus rex ceteri libri rex summus Bothius* *res curat hominibus Buechelerus omnibus curat libri* *iam neque di regunt Néque p. d. supremus rex iam curat omnibus H. Keilii obs. crit.* 98. *Lusi uaria iam iam Neque di regunt [nos] néque profecto deúm rex summus (uel deúm supremus) omnibus Curat uel iam iam neque regunt di neque profecto deum rex omnibus Summus curat uel in altero uersu néque p. d. rex summus rebus curat omnibus.* 144 *numero edd. enumerum libri subito Vossius, fortasse recte nuntium excidisse potest* 145 *ita Grotius Bibl. crit.*

Vt cūncta opīma lēnia [iam] praec illīs putet.

II (5)

. . . quid est, cūr componere aūsis mihi te aut me tibi?

III (7)

. . . nām tropaeum férre me a fortí uiro

Pūlerum est: si autem uīncar, uīnci a tāli nullum [mi]
ést probrum.

IV (14)

150 In quó salutis spēs supremas sibi habet summa exérciti.

V (8)

Intér quos saepe et mūlto inbutus sánguine

VI (12)

Huius me diuidia cógit plus quam est pár loqui.

VII (13)

Maiór erit luctus, cūm me dammatum aúdiat.

II Non. 257, 15 'componere rursus significat comparare.' III Macrobius Sat. VI 1, 56 'Vergilius: aut spoliis ego iam raptis laudabor opimis, Aut leto insigni. Accius in Armorum iudicio . . .'. IV Non. 485, 13 'exerciti uel exercituis pro exercitus.' Praecedentibus adiunxit Hermannus V Non. 521, 5 'inbuere consuetudo inducere uel inficere existimat, cum sit proprie maculare uel polluere uel inficere.'

VI Non. 96, 21 'diuidia est taedium.' VII Non. 276, 32 'damnare est et morti dare . . .'. Contulit Hermannus ex Sophoclis Aiacē u. 462 καὶ ποῖον ὄμμα πατρὶ δηλώσω φανείς Τελαμῶνι;

nou. IV, Delrio it libri — armis inclutis *Fossius* inoletis armis *libri* inelytis armis *Iunius* — 146 ut cūncta opīma *Mercerus* ut ea cūncta optīma Achilli inelyto *libri* ut cūncta aperte *Hermannus Opusc. VII* 368 — iam *Hermannus, om. libri: an praed scriptum erat?* — illius *L. Mueller annall. philoll.* 1868 p. 429 — 147 quid est, Cūr *Hermannus l. l.* Quid est, Vlixē, cūr *idem de Mudwigii interpr. quarundam uerbi Lat. formarum* p. 11. *An integer est senarius?* — te ac me *Hermannus* — 149 si autem etiam uīncar *Hermannus, cui ut Fruterio Veris. II* 5 *iambi placent.* si autem et uīncar *antiquae edd.* si autem et uīncar *Fruterius mi Hermannus, om. libri* — opprobrium *Paris.* uīnci nullumst a tali probrum *Bergkiius l. l. p. 81, fort. recte* — 150 salutes *Palat.* spes supremas *Scriuerius* spesque summas *Leid. Bamb.* spesque supremas *ceteri libri* speres summas *conicio* spesque (*i. e.* speique) summam *Buechelerus* — 151 inbutus *Bothius* inbutos *libri, Hermannus* — 152 *Absque testimonio Nonii esset,* huius med inuidia *non displiceret.*

VIII (11)

154 Vbi cura est, ibi anxítudo acérbast, ibi cunctátio,
Cónsiliórum errátio et fortúnaest

IX (4)

155 Béne facis: sed núnc quíd subíti míhi febris ciuít mali?

X (15)

Virtúti sis par, díspar fortunís patris.

XI (2)

Hem, uéreor plus quam fás est captiuam híscere.

XII (9)

Sed péruico Ajax ánimo atque aduorsábili

XIII (10)

Nám non facile síne deum opera humána própria súnť bona.

VIII Non. 72, 28 'anxítudo. Accius Eurysace . . . idem Armorum iudicio: ubi' e. q. s. IX Non. 173, 29 'subíti dictum' (dicti libri) 'pro repentiní.' X Macrobius Sat. VI 1, 58 'Vergílius: díscite puer uirtutem ex me uerumque laborem, Fortunam ex aliis. Accius in Armorum iudicio . . .' Translata ex Sopholis Aiace (u. 550) ὦ παῖ, γένοιο πατρός εὐτυχέστερος, τὰ δ' ἄλλ' ὅμοιος· καὶ γένοι' ἄν οὐ κακός. XI Non. 120, 29 'hiscere est proprie loqui.' XII Non. 487, 15 'peruico pro peruicaci.' XIII Non. 362, 2 'proprium rursus significat

154 *Restituta poetae uerba Buechelero debeo, n'si quod hic ibi cura scribit. acerbat ibi cuncta consiliorum ratio et fortunae sic libri, nisi quod* ua tibi cuncta et fortunae sit *Bamb., in quo antecedit accius in ras. (post haec: accius eurysace: persuasit meror anxítudo). Post Laurenbergium illa prosa oratione conscripta esse statuerat Bothius et qui Attio abiudicabat Hermannus.*

155 bene fecisti id, ne quid Hermannus qui *Leid.* febris exciuit libri febrem exciret Hermannus febrem exciuit Bothius libris aestuat Grotius *Bibl. crit. nou. IV*

mali] mihi *Leid.* bene facis: sed num quid subíti míhi febrem exciuit mali? Hermannus in schedis

156 uirtutis is *Angl. París. Salisb. Med. a* uirtutis iis *Med. b.* uirtute sis *Fruterius Veris. II 5*

157 captiuam Grotius *Bibl. crit. nou. IV*, Hermannus captiuum libri, quod ad Teucrum rettulit Lobeckius ad *Soph. Ai.* 1227

158 aduorabili *Bamb., sed ad recentiore manu ascripto. uorabili ceteri libri auorsabili ante L. Muellerum de re m.* 442 *G. Wolff Philol. XVIII* 234,

qui ad *Soph. Ai.* 766 praemisso u. 159 in hoc respondit inter sed et peruico inseruit. inorabili Lipsius *Epist. quaest.* 8 inexorabili Vos-

sius immoderabili Grotius immemorabili Bothius immorabili Herman-

nus intractabili idem in schedis. inreuocabili Maehly *ann. philoll.* 1857

p. 287, qui uti poterat uersu 710 ex *Orestis tragoedia*: qualis in

hoste fuit trux inreuocabilis Ajax. Ipse olim euocabili conieceram.

159 propria humana Delrio, Hermannus propria humanum Bothius 1

XIV (1)

160 Cur uétera tam ex alto áppetissis díscidia, Agamemníó? . .
161

XV (6)

nóxítudo . . .

Oblíteretur Pélopidarum, ac pér nos sanctescát genus.

ASTYANAX

I (6)

Qui nóstra per uim pátria populauít bona.

II (3)

165 Nunc ín consilio id réges Argiium aúcupant,
Id quaérunt

III (11)

Vtinam únicam mi antístitam Arquitenéns suam
Tutétur!

IV (8)

Nil erédo auguribus, qui aúris uerbis díuitant

170 Aliénas, suas ut aúro locupletént domos.

perpetuum? XIV Non. 237, 21 'altum, uetus, antiquum . . .'

XV Non. 143, 21 'noxitudo pro noxia.' Insuperunt huic fabulae probabili coniectura inc. inc. fab. XXX—XXXII.

ASTYANAX (ASTOEANAX: fr. II) I Non. 471, 21 'populat est et passium populatur . . . Accius Astyanacte: qui' e. q. s. (Astianacte Bamb.) II Non. 467, 17 'aucupant, actium positum pro passio . . . Accius Astyanacte: nunc' e. q. s. (Asteanaecte Bamb.) III Non. 487, 18 'antistitam. Accius Astyanacte: utinam' e. q. s. IV Non. 95, 8 'diuitant pro diuites faciunt. Accius Astyanacte: nil' e. q. s.

humanis propria *Bothius* 2 160 appetis *Vossius* 162 oculo
noxitudo *libri* oculo. Noxitude *Vossius* hodie uel hoc oculo noxitudines
Bothius 1 oculi noxitude *Bothius* 2 occulte n. *Iunius* occulta
n. *Hermannus*. Sed uidetur oculo ex glossa oculo, occulta p. 148,
20 huc irrepsisse, secuta illa, ni fallor, olim titulum oblitterare
p. 146, 31 cui ipsi noster locus erat adpositus. Varie transponi
et mutari possunt uerba: uel oblitteretur nóxítudo Pélopidum | . . .
ac pér nos sanctescát genus; uel Pélopidum | oblitteretur nóxítudo ac
pér nos s. g. *Buechelerus* haec ó caelicolae, noxitude oblitteretur
Pelopidum | ac pér nos s. g. [abominatum antiquitus] *proposuit*.
163 uos *Hermannus* sanctescat *edd.* santescat *libri* 164 nostram
W, quod defendi potest 165 concilio *Delrio* aniguum, g *com-*
puncta, *W* 167 mi *Bothius* mihi *libri* 168 tutetem *Bamb.*
169 nil *Bothius* nihil *libri* aures *Gellius* uerris deuitant *Leid.*
Nonii 170 domus *Gellius*

V (13)

tum Calcás quidem

[Iam] pridem religionem iactans desisset exercitum
Morari, nec me ab domum itione arceret obsceno ómine.

VI (12)

Ferum feroci contundendum imperio, saevum saeviter.

VII (4)

175 Te propter tot tantasque habemus vastitatis funerum.

VIII (7)

Quorum crudelitatem numquam ulla explet satias sanguinis.

Gellius XIV 1, 34 'multa etiam memini poetarum veterum testimonia, a quibus huiusmodi ambages fallaciosae confutantur; ex quibus est Paenianum illud ... item Accianum illud: nihil, inquit, credo' e. q. s.

V Non. 357, 6 'obscenum, vitabile ... Accius Astyanacte: hunc' e. q. s. VI Non. 511, 3 'saeviter pro saevae ... Accius Astyanacte: ferum' e. q. s. VII Non. 417, 12 'vastitas significat vastationem. Accius Astyanacte: propter' e. q. s. VIII Non. 172, 5 'satias pro satietas. Accius Astyanacte: quorum' e. q. s.

171 sq. ut poteram restituere conatus sum. hunc aicispinem regionum fac ac desisset exercitum *libri*, nisi quod aicispinem *Basil.* hunc altispicem Regionum fac desistat exercitum *Mercerus 1* non Calchas Phrygiorum fata edixisset exercitum *Mercerus 2* nunc Astyanactem regioninam fac ut Exercitum morari desinat *assumpto ex sequenti versu* morari *Grotius* nunc Calchan spinis religionum fac desisse exercitum *Bothius*, quibus partim probatis nunc Calcham specie religionum fac desisse e. *Buechelerus* hunc auspicem fac religione exercitum *Bothius olim* nunc aio auspicem reditum facere desisse exercitum *Duentzerus Ephem. Darmst. 1838 p. 54 sqq.* hunc altispicem regionum fac ut desistat exercitum *Gerlachius* nunc Calcham aruspicem legionum fac desisse exercitum *Hauptius Herm. V 178 Bothium in plerisque et Adrianum Heringam secutus, qui Obs. crit. p. 294 legionum coniecit. Ipse haec olim* [nam si auro locupletasses] hunc aruspicem, iam religionum fatis dudum desisset e. *Iuseram, saltem ut sententiam indicarem.* 173 domitione *libri* domitione *L. Mueller de re m. 420* arceret *Mercerus* marceretu *libri* arceretur *Iunius in mg.* arceret tam *Bothius 2, Hauptius. An latet arceret suo uel tuo?* omine *Mercerus* homine *libri* 174 ferum] ingenium intellego. serum *Bamb.* feroci *Bamb.* imperio *Vossius* imperio *Bamb.* imperio *ceteri libri* imperio *Mercerus* imperio et *Neukirchius de fab. tog. p. 251, Bothius 2* 175 te propter *Bothius* propter, om. te, *libri* propter te *Delrio, Hermannus Elem. d. m. p. 159* 176 ulla unquam *Urb. 308* satias *edd.* satietas *libri*

IX (5)

in celsis mōntibus

Péena atque inter cōlles paseunt Dánaī in Froegiae
términis.

X (1)

itera, in

180 Quibus pártibus (namque audíre uolo,
Si est quem éxopto) et quo cáptus modo,
Fortúnane an forté repertus

XI (9)

Híc per matutínium lumen tárdo procedéns gradu

Dérepente aspício ex nemore páuidum et properantem
égredi.

XII (2)

185 Tróia est testis: quaére ex aliis, qui ílius miseritúdine
Nómen clarum in húmili saxo múltis memorant uócibus

XIII (10)

Abducíte intro: nám mihi miseritúdine

Commóuit animum excélsa aspecti dígnitas.

IX Non. 159, 8 'pecua et pecuda ita ut pecora neteres dixerunt
... Accius Astyanacte: in' e. q. s. X Non. 425, 8 'fors et for-
tuna hoc distant: fors est casus temporalis, fortuna dea est ipsa. Ac-
cius Atyanacte: itera' e. q. s. XI Non. 518, 11 'derepente ...
Accius Astyanacte: hic' e. q. s. XII Non. 136, 16 'miseritudine
pro miseria uel misericordia. Accius Astyanacte: Troia' e. q. s. XIII
Non. 485, 21 'aspecti pro aspectus. Accius Astyanacte: abducite'
e. q. s.

178 Phrygiae *Iunius in mg. Froegiaet libri* 179 *sqq. Ana-*
paestos agnouit Grotius Bibl. crit. nou. IV, rectius disposuit Her-
mannus Elem. d. m. p. 387 181 *quam W* 182 *fortunane*
libri, Hermannus, Lachmannus in Lucr. IV 578. An fortuna?
repertus Mercerus repertur libri. An repertust? 183 *tardo pro-*
cedens gradu persuasit Vsenerus *tardo properantem gradu libri* *tardo*
prorepens gradu Bothius *dum uado trepidanti gradu Delrio* *tardo pro-*
perantem gradum olim toleraueram 184 *auspicio Bamb.* 185
illius: cf. Ritschelius opusc. II 683 *miseritudine ante Aldinam*
miseritudinem libri 186 *in tumuli saxo Duentzerus in humili saxo*
Bothius *memorent Bothius*

ATHAMAS

I (6)

Prius quam ínfans facinus óculi uescuntúr tui

II (7)

190 Véritus sum arbitrós, atque utinam mémet possim ob-
liscier!

III (4)

Ah dúbito quid agis: cáue ne in turbam te ímplices.

IV (3)

Hostem út profugiens ínimici inuadam ín manus?

V (2)

Cuíus sit uita indécoris, mortem fúgere turpem haut
cónuenit.

VI (5)

[Tuís] beneficiis hóstimentum grátum peperisti ét graue.

ATHAMAS (ATAMAS: cf. fr. IV. II. III) I Non. 56, 12 'infans a non fando dictus est ... et est quod aut dici non debeat aut fari non possit ... Accius Athamante: prius' e. q. s. Idem 416, 12 'nesci iterum uidere. Accius Athamante: prius' e. q. s. II Non. 500, 1 'accusatiuus pro genetino ... Accius Eurysace ... idem Epinausimache ... et Adamante ...' III Non. 524, 25 'turbam et turbas diuersam nolunt habere significationem, ut sit turba populi conuentus, turbae turbationes. Nos contra lectum inuenimus et indiscrete positum et pro turbis turbam. Accius Adamante ...' IV Non. 324, 1 'inuadere rursum quasi in uadum ruere. Accius Atamante ...' V Non. 489, 1 'indecoris pro indecora. Accius Athamante ...' VI Non. 315, 18 'graue, solidum et firmum. Accius Athamante ...'

Flámmeam per aéthram late féruidam ferrí facem

TECMESA

Marius Victorinus I p. 2456 P. (S G.) 'iuxta autem non ponebant em: inde nec Alemenam dicebant nec Tecmesam, sed Alcumenam [et Tecumesam]; inde Alcumeo et Alcumena [et Tecumesa] tragoediae; donec Iulius Caesar, qui et Vopiseus et Strabo et Sesquiculus dictus est, primus de Tecmesa scripsit tragoediam suam et in scaena pronuntiari iussit.'

SANTRA

NVPTIAE BACCHI

I

ita oppletúm sono

Furémenter omni a páрте bacchatúr nemus.

II

. . . ex templo éxcita euadít pia

Genetríx et omnis uócis expérgít sono.

TEVTHRAS Macrobius Sat. VI 4, 19 'et quod dixit: nec lucidus aethra Siderea polus, Ennius prior dixerat . . . et Iulius in Teuthrante . . .' (Iulius edd. illius Salisb. illius ceteri libri teuthrante Par.)

TECMESA Emendatum a Ritschelio maxime (opusc. II 475) exhibui locum, a quo inde pro deinde, supplementum et Tecumessam. Porro Alcumaeson et Alcumena exemplaria, nisi quod alcumeo Par.; Alcumaeso (uel de Alcumaesone) et Tecumessa Ritschelius. Sequentia eodem fere modo ut hic olim tacitus edideram: Iulius Caesar qui Vopiseus, et Strabo, qui et Sesquiculus dictus est vulgo legitur.

SANTRAE NVPTIAE BACCHI I Non. 78, 28 'nam et quidquid uehementius conuocetur, bacchari noherunt. Santra Nuptiis Bacchi . . .' (nuptiis Vrbin. 307 nuntiis ceteri libri Bacchis libri: an Baccheis uel Bacchieis?) II Non. 104, 17. 'expurgo (expargo

3 late *Scriuerius* alte libri per aethera alte *Scriuerius*: saltem aetheram scripsisset

SANTRA 1 oppletum *Gulielmus in Cistell. cap. 4* obsoletum libri

2 ferenter *Leid.* omni a] ab omni libri furente ab omni *Buechelerus* nemus *Aldina* nemes libri (mens at nemes *Vrbin.*)

3 exemplo *W* excit libri exit *Aldina* . pia *Gulielmus*, quod interim recepi, quia melius non suppetit. qua libri tua *Mercerus* quies olim conieceram: an quia? 4 expargit *Vrbin.*

L. VARIUS RVFVS

THIVESTA

Atreus

iám fero infandíssima,

Iam fácere cogor.

EX INCERTIS FABVLIS

I (2)

primum huic

Neruis septem est inténta fides

5 Variúque apti uocúm moduli

*

Ad quós mundi resonát canor in

Vestígia se sua uóluentis.

II (1)

et fróndosam

Semíputatam queritúr uitem.

Urbín. 307) pro expergefacio . . . Sastra Nuntiis Bacchis . . .
(Satra W)

VARIU THIVESTA. Schol. Paris. editum primum a Iulio Quicerato (bibliothèque de l'école des chartes. Par. 1839. I p. 52), diligentius descriptum a Th. Mommseno ephem. Marburg. 1815 p. 84: 'INCIPIT THIVESTA' (THIVESTES Quiceratus) 'VARIU. Lucius Varius cognomento Rufus Thyestem tragoediam' e. q. s. Vide quaestt. scaen. meas olim adnexas p. 317. Acta est a. 725 ludis triumphalibus Sextili mense. Quintilianus III 8, 45 'neque enim quisquam est tam malus ut uideri uelit. sic Catilina apud Sallustium loquitur, ut rem scelestissimam non malitia, sed indignatione uideatur audere: sic Atreus apud Varium iam fero, inquit, infandissima' e. q. s. (atreus in ras. minoris spatii Ambros.)

EX INC. FAB. I Marius Victorinus I p. 2503 P. (79 G.) 'concentum mundi cursumque imitans chorus canebat . . . de qua re Varius sic tradidit . . .' II Philargyrus in Verg. Ecl. 2, 70 'frondosa uitis est, de qua si quis biberit, insanit. sic Varus et frondosam, inquit' e. q. s. (Varius Weichertus de L. Vario p. 102 cf. Bergkius de fragm. Soph. p. 13)

VARIUS 1 iam uero *Guelf.* 5 apti *Schneidewinus Nunt. lit. Gotting. 1839 p. 685 Mus. Rhen. I p. 112* addita *Reg.* additi *ceteri libri* dati *Bothius* moduli *Bothius* modi *libri.* Propter hiatum post hunc u. lacunam statui, in qua motus chori memorari poterant: uarii-que modi uocum . . . uel uarii-que apti uocum cantus *Buechelerus* 6 canor *Reg.* tenor *ceteri libri* 6 *sq.* sua se uoluentis in uestigia *libri,* correxit *Buechelerus.* in Sua se uestigia uoluentis *Schneidewinus*

GRACCHVS

ATALANTA

O gráta cardo, régium egressum índicans!

PELIADES

Sonat ímpulsu regía cardo.

THYESTES

Mersít sequentis úmidum plantás humum.

EX INCERTA FABVLA

Púrpuram et diadéma

P. OVIDIVS NASO

MEDEA

I (1)

Medea

Seruáre potui: pérdere an possím, rogas?

II (2)

Feror húc illuc, ut pléna deo.

GRACCHI ATALANTA Priscianus VI p. 683 P. 'hic cardo, cardinis. quidam tamen ueterum etiam feminino genere hoc protulerunt. Gracchus in Atalanta ...' (Gracchus Veneta 1 graccus Reg. Bamb. Halb. Grut. grachus Amien. Bern. Sang. gracus Karolir. atalanta Reg. Bern. atlanta Sang. Grut. atalanto Bamb. Karolir.) PELIADES Non. 202, 20 'cardo ... feminino Graius in Peliadibus ...' (Caius Vrbin. 307 Gracchus Langius Vind. p. 10) THYESTES Priscianus VI p. 719 P. 'humus humi. hoc etiam neutrum in un desinens inuenitur apud ueteres ... Laeuus in Adone: humum humidum pedibus fodit. Gracchus in Thyeste: mersit' e. q. s. (pedibus ... umidum om. Reg. a m. pr. graccus Reg. m. alt. grac^{us} Halb. grachus fr. Amienense gratus Bamb. Bern. Grut. Sang. Carolir. thieste mersit Reg. thites temer sit Grut. thiestener. sit Sang. thithes temersit Karolir.) EX INC. FAB. Grammaticus inc. de dubiis nominibus in Keilii gramm. Lat. uol. V p. 577 (p. 77 Haupt.) 'diadema generis neutri, ut Gracchus ...' (Gracus libri). Vtrum poeta an orator sit incertum.

OVIDII MEDEA Legisse hanc fabulam etiam qui 'epistulam Valerii ad Rufinum ne uxorem ducat' conscripsit (Hieron. opp. uol. XI) adnotauit L. Mueller annall. philoll. 1867 p. 496. I Quintilianus VIII 5, 6 (de figuris sententiarum) 'et translatione a communi ad proprium. nam cum sit rectum: nocere facile est, prodesse difficile: uehementius apud Ouidium Medea dicit ...' II Seneca Suasor. 3 p. 21, 30 B. 'hoc

GRACCHVS 2 impulsu *Delrio* impulsa *libri* 3 humidum *Reg.* et *Halb. m.* 1 *Carolir.* humidum *ceteri* plantas *Bentleius in Hor. a. p.* 260 plantis *libri* 4 purpuram *M. Hauptius* purpura *libri*

OUIDIVS 1 possis *Monac.* 2 ueplena *Antwerp.* ueplane *Bruxell. Latetue* uolo plena?

P. POMPONIVS SECVNDIVS

ATREVS

nunc te óbsecro,
Stírpem ut euoluás meorum [mé]que notificés mihi.

EX INCERTIS FABVLIS

I (1—3)

Chorus

5 Rhoéteis procul á terris
* * *
Priamíque aras damnáte pias
* * *
'Obrue nos Danaósque simul.

II (4)

Chorus

Péndeat ex umerís dulcis chelys
'Et numeros edát uarios, quibus

autem' (plena deo) 'dicebat Gallio Nasoni suo ualde placuisse: itaque fecisse illum quod in multis aliis uersibus Vergilii fecerat, non subripiendi causa, sed palam imitandi' ('mutuandi' Kiesslingius), 'hoc animo ut uellet agnosci: esse autem in tragoedia eius: feror' e. q. s.

POMPONIVS. Aeneam inter praetextas, Armorum iudicium inter Bononiensis Atellanas reposui.

ATREVS Non. 144, 24 'notificem, nota faciam.' Singulare apud Nonium de tragico poeta Pomponio testimonium esse, cum ceteris locis omnibus Atellanarum scriptor laudetur, non fugit Bernh. Schmidtium mus. Rhen. XVI 596; et posse Atreum quoque Atellanam fuisse monuit M. Hertzius 'de Scaeno Memore poeta tragico' 1869 p. 4: a quo tamen genere color huius frustuli uidetur alienus esse.

EX INC. FAB. I Terentianus 1965 sqq. 'inserit haec aequae Pomponius in choricis sic [5], mox dispare uersu Subiecto [6] tunc [7] parilem dedit illi.' Marius Victorinus p. 2577 P. (177 G.) 'nec minus heptemimeres tome subdito sibi uersu trimetro catalectico ... aptum tragicis choris metrum praestabit. uelut: multa quoque et bello passus, dehinc: fato profugus Lauinaque uenit. item [7] aras Priami dannate pias tunc. quo genere metri et Euripides in Oreste et Pomponius' (pontiponius Par.) 'noster in suis usi noscuntur.' II Teren-

POMPONIVS 4 meorum meque scripsi, idemque Buechelero placuit. meorumque libri meorum genus Scriuerius meorum quaeque Bothius genusque meorum idem in com. poet. fr. p 105 meorum et quaeque uel potius meorum iamque B. Schmidtius mus. Rhen. XVI 597 meorum eumque M. Hertzius l. l. 6 dannate Camerarius dannato Victorini Par. damnare Terentianus 8 humeris ed. Mediol., ut uidetur

10 Adsonet omne uiréns late nemus,
Et tortis erráns qui flexibus

III

omnes

SCAEVVS MEMOR

Scindímus atras ueterí planctu.

Cisséi, genas.

tianus 2135 sqq. 'in tragicis iunxere choris hunc saepe disertí An-
naeus Seneca et Pomponius ante Secundus. Tale dedit nobis Pomponius
[8—11]. Reddo pedes binos, qui nunc desunt tetrametro: Rursus de
mutilo redit integer: [8] apta choreis. [9] ecce propinquum [10] aruaque
iuxta [11] effugit amnis.' Marius Victorinus p. 2564 P. (158 G.) 'hi tetra-
metri tragicis choris a plerisque miscentur. et continuati nonnumquam
choros explicant, ut apud Pomponium reperimus [8—10]. his quoque
si ad extimum adicias binos pedes, integrum hexametrum de mutilo effi-
cies hoc modo [8] apta choreis' e. q. s. Augustinus de musica IV 31
'alia' (sc. metra) 'nec tota immobilia nec tota mobilia, ut est [8—11].
Vides hic enim ubique et spondeos et dactylos poni posse praeter ulti-
mum pedem, quem metri auctor semper esse dactylum noluit.' III

Charisius I p. 111 P. 'monteis; licet Pomponius Secundus poeta, ut re-
fert Plinius, propter homonymum nominatiui accusatiuo casu omneis'
(om̄s cod. omnes uulgo) 'non putet dici, sed omnes:' (omneis cod.)
'tamen idem Plinius in eodem permanet dicens, omnes tunc demum
posse dici accusatiuo, ut canes, quando genetiuis pluralis ut' (om. cod.,
addidi) 'horum canum ante um i non habet.' Cf. quae p. 104 ad 'fonteis'
formam disseruntur, nam Buechelero decl. Lat. p. 27 non adsentior.

SCAEVVS Sergii explan. in Donatum apud Keilium (gramm. Latt.)
uol. IV p. 537 'patronomica feminini generis in is exeunt, ut Atreis
Cisseis Dardanis. filia Atrei Atreis dicitur, filia [Cissei] Cisseis, id
est Hecuba, Cissei filia, Priami regis uxor. Vergilius . . .
Scaeuus in tragoedia: scindimus . . . genas, id est Hecuba'
(haecae Lauant.) 'filia Cissei.' (scaeuus Lauant. Pacuuium Kei-
lius intellexerat propter adnotationem Seruii ad Verg. Aen. VII 320 'regina
Hecuba secundum Euripidem filia Cissei, quem Ennius Pacuuius et Ver-
gilius sequuntur:' at rectius Scaeuum Memorem, de quo ipse cogi-
tabam, M. Hertzius agnouit ('de Scaeuo Memore poeta tragico p. 7
sq.): nam a Saei poesi, quam nuper L. Mueller mus. Rhen. XXIV 553
sqq. adumbravit, haec aliena uidentur. Idem in annal. philol. 1866
p. 568 recte adnotauit Troades captiuas canere: cf. Eurip. Hecuba 905
sqq. Senecae Troades 1235 sq.

SCAEVVS. *Anapaestos esse concedendum uidetur L. Muellero*
l. l., pro iambris ipse habueram. aspras L. Mueller albas Leutschius
in indice suo philol. 1869 p. 124 atras puluere infuso, luctu et in-
luuie diuturna squalidas feremus, et defendit M. Hertzius quoque.
atratas olim conieceram. planctus, corr. ex palanctus Lauant.
Cissei L. Mueller chisseis Lauant. Cisseis Keilius Cisseis Hecabe poetam
scripsisse opinatur Leutschius l. l.

INCERTORVM POETARVM FABVLAE

LAOMEDON

I^a

Memória uoluenda átque fama

NELEI CARMEN

I

En únquam numero mátri faciémús uolup?

II

Foedé stupreque cástigor cotídie.

III

Toppér fortunae cómmutantur hóminibus.

IV

[strigo]nes exerciti

V

5 † saucia puer filia sumam

INCERTI POETAE LAOMEDON. Schol. Veron. ad Verg. Aen. II 81 ex collatione Arnoldi Herrmanni (in progr. gymn. Donaueschingiani a. 1869 edita) '—us in Laomedonte memora . . . fama — et Pacuius in Teuero' e. q. s. De Ennio ariolando cogitari posse monuit Buechelerus mus. Rhen. XIX 640.

NELEI CARMEN. Posse intellegi tragoediam demonstraui in quaest. scen. p. 347sq., sed idem non diffiteor admodum dubiam rem esse. I Festus p. 170 M. 'nume[ro — —] item in Nelei: numquam' e. q. s. 'id est, numquam nimium faciemus. apud Naenium' e. q. s. II Festus p. 317 M. 'stuprum pro turpitudine antiquos dixisse apparet in Nelei carmine: foede' e. q. s. 'et in Appi sententiis — Naenius —' Paulus p. 316 M. 'stuprum pro turpitudine antiqui dixerunt, unde est in carmine: foede' e. q. s. III Festus p. 352 M. 'topper significare ait Artorius cito fortasse celeriter temere; cito, sic in Nelei carmine: topper' e. q. s. 'sic Naenius — Accius — Ennius — Pacuius — in Odyssia uetere —' IV Festus p. 314 M. 'strigores in Ne[lei carmine pro st]rigosis positum [inuenitur, id est densa]rum uirium ho[minibus: strigo]res exerciti.' Suppleuit et correxit (uirium ha cod.) Vrsinus, nisi quod strigores ut carminis uerba O. Muellerus, alias res Vrsinus, strigones Turnebus Aduers. XIV 1 cf. Hermannus praef. in Plauti Bacch. p. VII V Charisius I p. 64 P. 'puer et in feminino sexu antiqui dicebant . . .

LAOMEDON memoria temptauit Buechelerus memora cod. adque cod. at quae nescio cur in textu posuerit Herrmannus.

NELEI CARMEN 1 enunquam Fleckeisenus in Ritschelii opuse. II 451 numquam cod. numquamne Hermannus Elem. d. m. p. 639 nam numquam conieceram uolup Vrsinus uolui cod. 2 stupreque Paulus stupraeque cod. Festi cottidie Pauli Guelf. quottidie ceteri Pauli codices 4 strigones Turnebus Aduers. XIV 1 strigores O. Muellerus 5 ea quae petisso saucia Lindemannus assumptis quae in

PENTHESILEA

VI

Fórmidabant óbiurare

EQVVS TROIANVS

VII (Liu. Eq. Tr. 2)

sero sapiunt Phryges.

VIII

Sí sciens fallo

CHORVS PROSERPINAЕ

inlicis

ut in Odyssia uetere, quod est antiquissimum carmen: mea puer, quid uerbi ex tuo ore audio? et in Nelei carmine eaque prisco saucia puer filia sumam, ubi tamen Varro cum A puera putat dictum, sed Aelius Stilo, magister eius, et Asinius contra.' (nelēi Neap. Menelai Merulae 'uetus cod.' in Enn. p. 53 carmine eaque prisco cod. carmine eoque prisco Putschius, probauit Hermannus Elem. d. m. p. 639. carmine eo quoque prisco ego conieceram. c. aequo prisco H. Keilius recte, ut uid.)

PENTHESILEA Festus p. 189 M. 'obiurare [iure iurando obstringere, ut est in] Penthesilea: f. o.' (cf. Bergkiius Ephem. Hal. 1842 p. 219) Ad Ennium refert idem Ind. lect. Marb. aest. 1844 p. XVI

EQVVS TROIANVS. Dubitari potest num eadem fabula fuerit ac Deiphobus Attii. Festus p. 343 M. 'sero sapiunt Phryges prouerbium est natum a Troianis, qui decimo denique anno uelle coeperant Helenam quaeque cum ea erant rapta reddere Achiuis.' Cicero ad fam. VII 16 'in Equo Troiano scis esse in extremo: sero sapiunt.' VIII Cicero ad fam. VII 1, 2 'omnino, si quaeris, ludi' (a. 699) 'adparatissimi, sed non tui stomachi; coniecturam enim facio de meo. nam primum honoris causa in scaenam redierant ei, quos ego honoris causa de scaena decesse arbitrabar. deliciae uero tuae, noster Aesopus, eiusmodi fuit, ut ei desinere per omnis homines liceret. is iurare cum coepisset, uox cum defecit in illo loco: si sciens fallo. quid tibi ego alia narrem? nosti enim reliquos ludos, qui ne id quidem leporis habuerunt, quod solent mediocres ludi: adparatus enim spectatio tollebat omnem hilaritatem, quo quidem adparatu non dubito quin animo acquissimo carueris. quid enim delectationis habent sescenti muli in Clytaemestra?' (sic cod.) 'aut in Equo Troiano creterrarum tria milia? aut armatura uaria peditatus et equitatus in aliqua pugna?'

CHORVS PROSERPINAЕ Varro de l. L. VI 94 'non est dubium quin hoc

codice antecedunt. puer cod., Aelius Stilo et Asinius cf. Lachmannus in Lucr. II 991 puera Varro, Lindemannus Summani Hermannus l. l. Salmoni O. Muellerus in Festum p. 388 sancta puer Saturni filia regina Liuii Andronici Saturnium agnoscere sibi uisus est Duentzerus, de quo dixi in annall. philoll. LXXVII p. 211. Nec numeros nec uerba tangere audeo, sed uidetur sancta p. f. Saturni uerum esse, quod iambis sic fere: sancta filia, | Puér Saturni comprehendas 8 sero sapiunt nunc Phryges poetam dedisse puto

EX INCERTIS INCERTORVM FABVLIS

I (21)

Aená! — Quis enim est, quí meum nomen nūcupat?

II (Att. Melan. 13)

Festus p. 229 M. '[pro] — — alias pro a[dmiratione, ut pro Iuppiter] in Melani
 manu om̄u Plautus in 'Conda-
 lio' e. q. s. Vncis inclusa Paulus suppeditauit: cetera incer-
 tissima. Vrsinus haec: Accius in Menalippo: manu om-
 nium.

III (Att. Neopt. 13)

. atque ego rep[úlso ratibus meis mare].

IV (Att. inc. fab. 12)

Sed iam pro[scindunt rátibus sulcan]tés salum.

V (3)

ō máter grauida páre se ardentém facem

Visa ést in somnis Hécuba: quo fató pater

inlicium sit, quom circum muros itur, ut populus inliciat ad magi-
 stratus conspectum quare una origine inlici et inlicis, quod in
 choro Proserpinae est, et pellexit.' Ad tragoediam rettulit post
 Bothium O. Iahnus Herm. II 228, quamquam probabilius uidetur hymnus
 in sacros usus compositus intellegi.

EX INC. INC. FAB. I Varro de l. L. VI 60 M. 'nuncupare nomi-
 nare ualere apparet in legibus . . . item in choro, in quo est: Aenea'
 e. q. s. 'item in Medio: quis tu es mulier' e. q. s. (choro Hann. choro
 ceteri libri: deficit Laur. 51, 10. Fortasse: Hectore nel E quo
 Troiano.) III IV Festus p. 273 M. 'rates [uocantur tigna inter
 se colligata.] quae per aquam agan[tur, quo quidem uocabulo] inter-
 dum etiam na[ues ipsae significantur.] Afranius in Epistula — — item
 [eodem nomine signi]ficarunt etiam re[mos. Attius in Neopto]lemo:
 atque ego rep[. et alio loco: sed iam pro
 tes salum.' Supplementa sunt Scaligeri et Vrsini
 V Cicero de diu. I 21, 42 'haec, etiam si ficta sunt a poeta' (sc. En-
 nio), 'non absunt tamen a consuetudine somniorum. Sit sane etiam

EX INC. INC. FAB. 1 enim Haun., om. ceteri is Grotius Bibl.
 crit. nou. IV 3 repercutio ratibus mare Scaliger 4 Supplementa
 dedi Buecheleri. propellunt caeruleum rates salum Scaliger rates pro-
 pellunt c. s. Albertus Langius Quaest. metr. p. 8 5 se om. Leid.
 H ex se Buechelerus, fort. recte 6 fato, ut conieceram, etiam
 Heinsius facto libri

Rex ípse Priamus sómnio, mentís metu
 Pereúlsus, curis súmptus suspirántibus,
 Ecsácrificabat hóstiis balántibus.

- 10 Tum cóniecturam póstulat pacém petens,
 Vt se édoceret óbsecerans Apóllinem,
 Quo sése uertant tántae sortes sómniū.
 Ibi éx oraclo uóce diuina édedit
 Apóllo, puerum, prímus Priamo quí foret
 15 Postílla natus, témperaret tóllere:
 Eum ésse exitium Tróiae, pestem Pérgamo.

VI

Omnís aequalis uíncebat quinquértio.

VII (25)

Sáncte Apollo, qui úmbilicum cértum terrarum óptines,
 Vnde superstitiósa primum saéua euasit uóx foras!

illud commenticium, quo Priamus est conturbatus, quia mater granida' e. q. s. ('quia' reddidi Ciceroni.) Versus uidentur ex Alexandri Emilianae fabulae prologo sumpti esse. VI Festus p. 257 M. 'quinquertium uocabant antiqui, quem Graeci πένταθλον, ut indicat uersus hic: omnis' e. q. s. 'Luius quoque ipsos athletas sic nominat.'

VII Cicero de diu. II 56, 115 'at multi saepe uera uaticinati, ut Cassandra: iamque mari magno, eademque paulo post: eheu uidete sed iam ad te uenio, sancte Apollo' e. q. s. Varro de l. L.

7 mentis: cf. Foertschius *Quaest. Tull. part. alt. p. 16* (Numburgi 1846) mentem *Lambinus* mortis *Bothius* 9 et sacrificabat *Leid. H*, quod ecsacrificabat recte *interpr. Christi* exsacrificabat *ceteri*
 10 coniecturam *Leidd. ABH* coniecturum *Erl. Vind.* coniectorem *ceteri* 11 doceret *Vind. codd. aliq. Orellii* obsecras *Leid. A m. 1* apollonem *Erl.:* cf. *Ritscheli* opusc. II 494 sq. 12 somniorum *Erl.* 13 Ubi *Leid. B* sibi *Leid. H m. 1* ibi *Leid. A m. 1* oraculo *Erl.* uocem diuinam *ex Eliensi Dauisius* diuinae dedit *Leid. A*
 14 prius *Vind.* 15 postilla coniungi iussit *Ritscheli* opusc. II 271 temperaret tollere *cod. Vossii, Vind. m. pr., om. cod. S. Victoris* temptaret tollere *Leid. H Palat. b Erl.* tempora extollere *Vind. m. alt.* tempora et tollere *alii* tempora hunc si tolleret *uulgo* 16 exitum *Leid. H* 17 uicerat uel uinceret *prop. Kiesslingius* 18 sancte *Gruterus* o sancte *Ciceronis et Varronis libri* obtines (optines *Flor.*) *Varro et Ciceronis Vrsin.* obsides *ceteri libri* 19 unde haec *Lambinus* foras *Gruterus* fera *libri*

IX

21 Hécuba, hoc dolet pudét piget.

X

. . . heu heu pater, heú Hector!

XI

Póstquam abs te, 'Agamemno, út uenirem tétigit aures
núntius,

'Extemplo

XII

25 cóncitum tetulí gradum.

VII 17 M. 'o sancte . . . obtines. Umbilicum dictum aiunt ab umbilico nostro, quod is medius locus sit terrarum, ut umbilicus in nobis: quod utrumque est falsum.' Dubium nix est quin Enniana haec sint. De eis quae apud Varronem antecedunt uide Th. Mommsenum mus. Rhen. XVI 285. Quod olim inde decerpseram fr. VIII 'dei quod Titanis De-liadae' nunc reseui. IX Quintilianus IX 3, 77 'fit etiam singulis uerbis' (sc. *ὁμοιοτέλευτον*): 'Hecuba . . . pudet; et: abiit excessit erupit euasit.' Fortasse Cassandrae in Ennii Alexandro uerba sunt. De Langii suspitione in uind. p. 48 prolata disserui in quaest. scen. p. 259 sq. X Charisius II p. 216 P. 'heu heu, pater' e. q. s. 'a dolore mentis adfectae.' Cf. Naekius Mus. Rhen. 1833 p. 486 (Opusc. I 350). Ad Cassandrae canticum quod est in Ennii Alexandro rettuli inter fr. VII et VIII. XI Cicero ad Att. XIII 47, 1 'Posteaquam abs te, Agamemno, non ut uenirem . . . sed ut scriberem, tetigit aures nuntius, extemplo instituta omisi; ea quae in manibus habebam, abieci; quod iusseras, edolauí.' (aures . . . instituta om. Med.) Tragoediae uerba agnoui Gulielmus quaestt. Plant. p. 130 sq. Cf. Varro in epistula Iuli Caesaris apud Nonium p. 263, 3 (fragm. Varr. p. 259 R) 'quem simul ac Romam uenisse mihi attigit auris nuntius, 'Extemplo meos in curriculum contuli propeere pedes.' Ex quibus haec extrema quae septenarium trochaicum explent in tragoedia u. 23 secenta fuisse caute suspicatur Buechelerus mus. Rhen. XIV 449. Ipse olim fr. XII ad eandem orationem referendum esse conieci, sed Ciceronem certe non plura quam quae in textu posui et quod Enniamum sane est edolauí (cf. Varro ap. Non. p. 448, 17, sat. fr. p. 105 R.) a poeta mutuatum esse nunc mihi quoque persuasum est. Contulit Ladenicus anal. scen. p. 15 ex Euripidis Iphigenia u. 633: *ὦ σέβας ἔμοι μέγιστον, Ἀγαμέμνων ἀναξ, ἤχομεν, ἐφειταις οὐκ ἀπιστοῦσαι σέθεν.* XII Charisius IV p. 248 P. 'prothesis est, cum primae parti dictionis aut littera adicitur aut syllaba. littera . . . syllaba, ut: concitum t. g. pro

22 heus *ter cod. et edd.* 23 *Placuit haec potissimum uersus forma qualem in adnot. olim proposueram Meinekio: et abhorreere posteaquam ab antiquitate monuit Ritschelius opusc. II 271. posteaquam abs te, Agamemno, tetigit a. u. Gulielmus*

XIII

Iam dómum itionem réges [et] Atridaé parant.

XIV

Dómum itionis cúpidi imperium régis paene inmínuimus.

XV (34)

Quod nísi quieris, Ménelae, hac dextra óccides.

XVI (59)

Proin démet abs te régimen Argos, dum ést potestas
cónsili.

tuli.' Diomedes p. 435 P. 'prosthesis' (immo 'prothesis') 'est appositio quaedam ad principium dictionis. litterae . . . syllabae, ut: concitum t. g. pro tuli.' Cf. Naekius Mus. Rhen. 1833 p. 486 (Opusc. I 350).

XIII Rhet. ad Herenn. III 21, 34 'cum uerborum similitudines imaginibus exprimere uolemus, plus negotii suscipiemus et magis ingenium nostrum exercebimus, id nos hoc modo facere oportebit: iam' e. q. s. 'in uno loco constituere manus ad caelum tollentem Domitium, cum a Regibus Marciis loris caedatur. hoc erit: iam domuitionem reges. in altero loco Aesopum et Cimbrum subornare Iphigeniam uelut agentes Agamemnonem et Menelaum. hoc erit: Atridae parant. hoc modo omnia uerba erunt expressa.' subornari ut ad ephigeniam in agamemnonem et (agamemñem it Wuerzb.) menelaum Par. Wuerzeb. Bamb. a Fris., nisi quod menalam Fris. subornari ut uel uagantem ephigeniam (ceteris omissis) Bamb. b subornari ut ad ephygeniam aduagantem agamemnonem et menelaum Tross. subornari ut ephigeniam uagantem (ceteris omissis) Tur. subornare uagam iphigeniam reliquis om. Opitz. subornari in Iphigeniam (immolandam) a Calchante Agamemnonem et Menelaum Orellius in altero loco subornare Aesopum et Cimbrum in Iphigenia agentes Agamemnonem et Menelaum post Schuetzium Bergkiius Ind. lect. Marb. aest. 1844 p. XV, qui ex Ennii Iphigenia sumpta esse coniecit. XIV Non. 96, 3 'domuitionem. Pacuuius Hermiona . . . Lucilius lib. xxvi: domuitionis' e. q. s. Videntur enim haec ex tragoedia sumpta esse: nam inepta obloquitur L. Mueller de re m. 420: cf. praeterea R. Bouterwekii quaestt. Lucil. p. 38. Cogitauit de Telepho Ennii: eodem rettuli fr. XV. XVI. XVII.

XV Seneca epist. 89 'ille qui superbus atque inpotens et fiducia uirium tumidus ait: quod nisi' e. q. s. 'diurnum accipit, in centunculo dormit.' XVI Censorinus fragm. c. 14 p. 95 Iahn. (2726 P.)

26 domi ultionem utroque loco libri domuitionem Victorius domitionem L. Mueller de re m. 420, qui p. 429 totum uersum a rhetore confictum esse adfirmat et Buechelerus inseruit. ipse iam uolebam

27 domuitionis libri domuitionis Mercerus domitionis L. Mueller l. l. paene edd. pene libri 28 De elisione, quae est in uoce Menelae, dixit Lachmannus in Lucr. p. 162 29 proin demet Lachmannus proinde et libri consili Lachmannus consulendi libri

XVII (65. 66)

30 Nám sapiens uirtúti honorem praémium, haud praedám
petit.

Sét quid uideo? férro saeptus póssidet sedís sacras

XVIII (69)

Omnés Danai atque Mycénenses,
Attíca pubes

XIX

Itís, paratis árma quam primúm, uiri.

XX

35 Dánai qui parént Atridis, quám primum arma súmíte!

'octonarius iambus: proin' e. q. s. XVII Cicero de orat. III 26, 102 'numquam agit hunc uersum Roscius eo gestu, quo potest: nam sapiens' e. q. s. 'sed abicit prorsus, ut in proximos: set quid' e. q. s. 'incidat, aspiciat admiretur stupescat.' XVIII Cicero de fin. II 6, 18 'quam etiam pecudes, si loqui possent, appellarent uoluptatem: aut, si magis placeret suo more loqui, quam ut omnes' e. q. s. 'reliquique Graeci, qui hoc anapaesto citantur, hoc non dolere solum uoluptatis nomine appellaret.' Ex eodem fortasse cantico sunt, unde in Attii Telepho fr. II restat. XIX XX Pompeius comm p. (318 L.) 237 K. 'habemus in antiquis auctoribus, praecipue in antiquis poetis inuenimus uarie iunctas istas personas, credo, quia adhuc indefinita erat ista ratio: itis ... uiri: et alio loco dixit Danai ... sumite. Danai qui casus est? uocatiuus sine dubio, iste uocatiuus casus quam personam debuit tenere? secundam, parent tertia persona est: ecce iunxit tertiam personam uocatiuo: Danai qui parent Atridis: debuerat dici o Danai qui paretis, quod est in secunda persona.' idem p. 291, 26 K. 'uitium ... per modos, si uelis dicere: itis ... uiri, pro eo quod est ite parate: per personas: Danai ... sumite, Danai qui parent sumite pro eo quod est Danai qui paretis sumite.' Donati ars p. 1769 P. (IV p. 394 K.) 'soloecismus fit per modos uerborum, sicut itis . . . uiri pro ite parate: indicatiuum modum pro imperatiuo posuit . . . per personas, sicut Danai . . . sumite pro qui paretis sumite.' [Sergii] explan. in Donatum II uol. IV p. 564 Keil.) 'soloecismus per personas, sicut: Danai' e. q. s.

31 et quid libri plerique eequid Lagom. 14 Gud. b at quid El-
lendtius 32 atque Lambinus, Eliensis Dauisii, Scaligeri uetus aut
libri optimi 33 aut artica Pal. B ut artica Erl. 34 Hunc uer-
sum per interrogationem efferendum esse censet L. Mueller de re
m. 430. istis Pompei p. 237 Wolfenb. arma om. Pompei p. 237
Wolfenb. m. pr. quod primum Pompei p. 291 Berol. 35 atrides
Donati Berol. atridi Pompei p. 291 Pariss. CP, Berol. Atridae L.
Mueller de re m. 429 quod primum in Pompei p. 291 Berol. quam
(om. primum) Paris. B

XXI

crispisulcans ígneum

Fúlmen

XXII (51)

Martém fatigat pródigus uitaé furor.

XXIII

Supréme belli potens!

XXIV

40

inplorát fidem

Iouis hóspitalis, Gráios omnis cónuocat.

XXV (57)

Haec, bélicosus cuí pater, matér cluet Minérúa.

‘pro: qui paretis sumite.’ Exemplum huius modorum confusionis est tituli in Mommseni IRN 5607 u. 5 editi atque adnotati nuper a Buechelero in anthol. epigr. specimine I carm. XXXXI. XXI Cicero Topic. f6, 61 ‘cum autem erit talis causa, ut in ea non sit efficiendi necessitas, necessaria conclusio non sequitur . . . at cum in Aia^{is} nauem crispisulcans i. f. iniectum est, inflammatur nauis necessario.’ cf. Attii Clut. fr. V XXII Seruius Centimetr. p. 1818 P. (366 G.) ‘Archilochium constat trimetro acatalecto, ut est hoc: Martem’ e. q. s. Confectum esse a Seruio statuit L. Mueller annall. philoll. 1868 p. 432.

XXIII Festus p. 305 M. ‘supp[remum modo significat] summum, ut [cum dicit] supreme bel potens. Plautus — alias extre[mum significat, ut] in legibus XII — crimine necte tuo ab illo sepeliri die s et quasi supremo [anguescere] tempora uoltu.’ immo ‘tempore uoltus’: nam Lucretiana III 595 esse monuit Bergkiius annall. philoll. 1861 p. 635. Eundem secutus consultius duxi frustum ab illo sepeliri die s[upremo], quod olim inter duos senarios distribueram, a scaenae reliquiis secludere. Lacerata membra XXIII senarium olim constituisse uidit Scaliger XXIV Cicero ep. ad Quintum fratrem II 10, 3 ‘multa dixi in ignobilem regem, quibus totus est explosus; quo genere commotus, ut dixi, Appius totum me amplexatur; nihil est enim facilius quam reliqua discutere. sed non faciam ut illum offendam, ne inploret . . . conuoceet, per quos mecum in gratiam rediit.’ Tragicum agnouit Buechelerus Coni. Latt. p. 17 sq. huiusque inscius M. Hauptius in Hermae III 338. Ille de Hecuba siue de Telepho, hic de Menelao sermonem esse ariolatur. XXV Censorinus fragm. c. 14 p. 95 Iahn. (2726 P.) ‘octonarius iambus [XVI]. septenarius: haec’ e. q. s. Vnicum fere septenarii

38 Mortem *Kieslingius* 39 supreme *cod: cf. Ritschelius Mus. Rhen. VII p. 564* pater atque armorum *lacunam explet* pater supreme, belli et armorum p. *Scaliger* supreme belli atque armorum arbiter p. *O. Mueller* 40 sq. inplorat . . . conuoocat *et Buechelerus et Hauptius* 42 bellicosus *Carrio* bellicosus libri pater, mater *Carrio* mater pater libri bellicosa, cui pater mater cluet, M. *coni. Buechelerus*

XXVI (27)

Vbi ínitiántur géntes orarum últimae

XXVII

[Si]c óps euadit, [séd] ego egens exórtus sum.

XXVIII

Phoenix

45 . . . non múlta peccas: sín peccas, te régere possum.
46

XXIX (19)

Ajax

Videó te, uideo: uíue, Vlixes, dúm licet:

Oculís postremum h́imen radiatúm rape!

iambici in tragoedia exemplum, nam dubius est Attii u. 697. Itaque procul hinc habendum esse iudicant Iosephus Krauss mus. Rhen. VIII 532 et L. Mueller annall. philoll. 1868 p. 432 sq. Ipse poeta fortasse senarios haec . . . cluet | Minérna dederat. Martis et Mineruae filia uel Victoria uel Virtus uel Pax dici poterat. XXVI Cicero de nat. deor. I 42, 119 'omitto Eleusinem, sanctam illam et augustam, ubi ínitiántur' e. q. s. 'praetereo Samothraciam eaque quae Lemni [XXXVII]' Fortasse in Erechthei Emianae fabulae prologo posita fuerunt. XXVII Festus p. 190 M. 'ops antiqui dicebant, quem nunc opulentum, ut testimonio est non solum ei contrarium inops concedit ego egens e. s.' (Lacunam his explet Scaliger: sed etiam cops, ut: is) Vtrum tragicum an comicum sit dubitari potest. Si recte Homeri II. IX 321 sqq. contuli, poterat talia in Attii Myrmidonibus Achilles queri. XXVIII Cicero pro Mur. 29, 60 'non multa peccas, inquit ille fortissimo uiro senior magister, sed si peccas, te regere possum.' Quintilianus VIII 6, 30 'anonomasia, quae aliquid pro nomine ponit . . . (Cicero) ipse certe usus est hac libertate: non multa . . . magister: neutrum enim nomen est positum et utrumque intellegitur.' Phoenicem in Attii Myrmidonibus loquentem agnouit Ladenius anal. scen. p. 3 XXIX Cicero de orat. III 40, 162 (dicitur de uerbis translatis) 'quo in genere primum est fugienda dissimilitudo: caeli ingentes

43 horarum *Leidd. AC m. 1* orai *Bentleius in Hor. carm. I 35, 29* 44 sic ops euadit, sed *conieci*. concedit *cod.* cops edit *Scaliger* emortuus sum *O. Muellerus* 45 *sin scripsi* sed, *om. si, Halmii codd., Oxonn. Cz, Pariss. 1 4 7* sed si *Asc. 1511, quod accentuum ratio non tolerat.* regere te Póssum *frustra temptaui.* Iambicos septenarios non multa péccas: set si péccas, Te régere possum *Fleckeisenus commendauerat; quod si numeris illis uti liceret, mallet uno uersiculo non múlta peccas, séd si quid peccás, te regere póssum.*

47 uideo te, uideo *Bothius* uideo uideo te *libri* uiue *libri de orat. uiuum libri in Acad.* dicet *Vindob. in Acad.* 48 radiantis (*sc. solis*) *Muretus Var. Lect. XI 9 e 'ueteres libro' suo* rape *om. Abrinc. Lagom. 4* cape *Lagom. 2*

XXX (Att. Arm. iud. 19)

Ajax

Aperte fatur dictio, si intellegas:

50 Tali dari arma, qualis qui gessit fuit,

Iubet, potiri si studeamus Pergamum.

Quem ego me profiteor esse, mest acum frui

Fraternis armis mihi que adiudicariis,

Vel quod propinquus uel quod uirtuti aemulus

XXXI (1)

Ajax

55 Cuius ipse princeps iuris iurandi fuit,

fornices. quamuis sphaeram in scaenam, ut dicitur, attulerit Ennius: tamen in sphaera fornices similitudo non potest inesse. Viue' e. q. s. 'non dixit cape, non pete: haberet enim moram sperantis diutius esse uicturum: sed rape. hoc uerbum est ad id aptatum, quod ante dixerat, dum licet.' Idem Acad. pr. II 28, 89 'quid loquar de insanis? quid? ille qui: uideo ... licet, nome etiam bis exclamauit se uidere, cum omnino non uideret?' Verba 'quid ille ... uiuum' in loco eraso habet Vindob. Aiaceem furentem loqui manifestum. XXX Rhet. ad Herenn. II 26, 42 'item uitiosum est, cum id, de quo summa controuersia est, parum expeditur et quasi transactum sit relinquatur, hoc modo: aperte' e. q. s. Attii armorum iudicio et hoc et duo sequentia

49 aperte ajax fatur *Bamb. b* Apertae fatur *Memmius* 50 talis fuit iubet tali dari arma qualis qui gessit fuit *Bamb. a corr. Fris. in mg.* tali dari arma qualis ille qui gessit talis fuit *Tur.* tali fuit, *mediis omissis, Par. m. pr. Erf.* talis fuit *Bamb. a m. pr. Fris. Par. corr.* 51 *om. Bamb. a m. pr.* Pergamum *Par. m. pr. Wuerzb. Erf.* Pergamo *ceteri libri* 52 quem ego me profiteor esse mea aequam frui *Erf.* quem ego me profiteor esse meam frustra ternis (*haec ultima pro his frui fraternis*) *Wuerzb.* quam ego me profiteor esse meam est eum frui *Par.* quae ego profiteor esse mea est equum frui *Bamb. a* quae ego profiteor esse mea. Me enim est equum frui *Bamb. b* quae ego profiteor esse meam est aequum frui *Fris.* quae profiteor esse mea. me enim est aequum frui *Tross.* quae ego mea profiteor esse me est equum frui *Tur.* quae ego mea profiteor esse: nam me aequum est frui *Bothius, Hermannus Opusc. VII 369, nisi quod hic ego deleuit.* quem ego profiteor esse. Me, me aequum est frui *Oudendorpius* Poterat etiam conici: me enim (*uel med*) acumst frui 53 armis *om. Par. Wuerzb. Fris. Tur. Erf.* adiudicariis *Wuerzb.* 54 quia propinquus *Bamb. b* uirtutis *Bamb. ab Fris. Tross.* uirtute *Par. Erf., Hermannus* uirtutum *Tur.* remulus *Par. m. pr. Erf.* romulus *Par. corr.* emulus sum *Bamb. b Tross. cf. Bergkius Ephem. Marb. 1851 p. 231. Potuit sequenti uersu uel sum illo uel alio uerbo sententia compleri* 55 cui *Bern. a* iusiurandi *Oehl.*

Quod ómnes scitis, sólus neglexít fidem:
 Furere ádsimulare, né coiret, ínstitit.
 Quod ní Palamedi pérspicax prudéntia
 Istíus perspexet málitiosam audáciam,
 60 Fidé sacratae iús perpetuo fálleret.

XXXII (Att. Arm. iud. 18)

Vidí te, Vlixes, sáxo sternentem Héctora,
 Vidí tegentem clípeo classem Dóricam:
 Ego túnc pudendam trépidus hortabár fugam.

XXXIII (47)

. fácinus fecit máximum, cum Dánais inclinántibus
 65 Summám perfecit rém, manu suá restituit proélium
 Insániens.

fragmenta probabiliter inseruerunt. XXXI Cicero de off. III 26, 98 'utile uidebatur Vlixí, ut quidem poetae tragici prodiderunt . . . sed insimulant eum tragoediae simulatione insaniae militiam subterfugere uoluisse . . . quid enim auditurum putas fuisse Vlixem, si in illa simulatione perseuerauisset? qui cum maximas res gesserit in bello, tamen haec audiat ab Aiace: cuius' e. q. s. XXXII Charisius IV p. 252 P. 'per mycterismon, id est derisum quendam, tam quam: uidi' e. q. s. 'haec omnia derisu quodam dicta sunt a fortiori ad non fortem.'

XXXIII Cicero Tusc. disp. IV 23, 52 'semper Ajax fortis, fortissimus tamen in furore; nam facinus' e. q. s. Ex comico quodam producta esse censet Bentleius

56 neglexerit *Bamb. Oehl.* 57 assimilare *Bern. c* assimilauit libri plerique adsimulauit *Wuerzb. Gud. a*, sed ad craso et se supra-scripto assimilauit *Ambros. Bernn. a b* adsimilauit *Bamb.* insimulauit *Oehl.* ne quo iret *Gud. a*, unus *Oxon.* 58 Palamedi *Bamb. Wuerzb.* Palamedis ceteri 59 perspexet *Klotzius in Ter. Andr. p. 43* percepset *edd.*, quam formam in dubitationem uocat *Maduicus Opusc. II p. 69 not. cf. Turnebus Aduers. VIII 3* percepisset libri (sed i crassa, ut uidetur, in *Bamb.*) 'quod qui seruandum censuerit, eius scribere debet' *Hermannus de Maduigii interpret. quarundam uerbi Lat. formarum p. 7* astutiam *Gud. a, Wakefieldus in Lucr. I 234, recte ni f.* 60 fide *Ambros. Bamb. Wuerzb. Bernn. c e Oehl.* ei de *Bernn. a b* fides *Hermannus l. l.* sacratae *Bern. e*, 'plerique codd.' *Fabricii* sacrata *Ambros. Bamb. Wuerzb. Bernn. a b Oehl.* sacratum *Bern. c* 63 trepidus *Fabricius* trepidus pedib: *cod.* 64 nam facinus uulgo cum in acie facit fecit m. Nam Danais incl. *Mon. a* 65 sq. rem perfecit, manu sua restituit proelium Insániens *Hermannus Opusc. VII 385* rem perfecit manus proelium restituit insaniens (insaniam *Reg.*)

XXXIV

uictor ínsolems

Ígnominiae sé dolore uíctum non potuíť pati.

XXXV

Ferrón an fato moérus Argiuom óccidit?

XXXVI

70 Tetulít senilis Poéas ad caelúm manus.

XXXVII (28)

Noctúrno aditu occultá coluntur

XXXIV Cicero pro Scauro 3 p. 75 Peyron. (A. Mai auct. class. II 289) 'quid? in omnibus monumentis Graeciae, quae sunt uerbis ornatiore quam rebus, quis inuenitur, cum ab Aiace fabulisque discesseris, qui tamen ipse ignominiae dolore, ut ait poeta, uictor . . . pati, praeter Atheniensem Themistoclem, qui se ipse morte multauit?' In Attii Philocteta haec narrata fuisse conieci. XXXV Quintilianus VIII 6, 10 (dicitur de translatione) 'pro rebus animalibus inanima: ferro' e. q. s. Tragici uersum agnouit Muretus Var. Lect. XIX 2, et satis quadrat ex Sophoclis Philocteta Neoptolemi de Achille dictum u. 334 *τέθνηκεν ἀνδρὸς οὐδενὸς, θεοῦ δ' ὑπο κ. τ. λ.*, ut ad Attii Philoctetam haec probabiliter referantur. XXXVI Pompei commentum in Keilii gramm. Latt. V p. 296 'figurae fiunt causa ornatus . . . puta: tetulit . . . manus. tetulit pro eo quod est tulit. stabat ille uersus an non? si potuit stare uersus, puta: tulit . . . manus, et ille maluit dicere tetulit pro eo quod est tulit, figuram fecit, id est schema.' Consentii ars ibid. p. 387 'prothesis est syllabae: tetulit . . . manus. dixit enim tetulit pro eo quod est tulit.' XXXVII Cicero de nat.

Reg. Pith. Gud. Brux. rem perfecit manus p. r. i. *Bern.* perfecit rem manus p. r. i. *Rehd.* perficit Marius p. r. i. *Marb.* perfecit rem manu, r. p. i. *libri plerique* rem perfecit manu, rem restituit insaniens *Bentleius* rem erexit, proelium restituit manus insaniens *Grotius Bibl. crit. nou. IV* refecit rem, manu restituit proelium insaniens *Seyffertus* insaniens *Kayserus Ciceroni tribuit* 67 sq. *Ciceronis uerba* ignominiae dolore uictor insolens se uictum n. p. p. *transposui*, nam *parum placent senarii quales* ignominiae d. u. i. | . . . se u. n. p. p. 69 ferron an fato *Buechelerus* ferro an fato *Bern. Bamb.* ferro non fato *Ambros. Monac. Bamb. m. 2* ferro ane fato *Muretus* fato, non ferro *adfirmatiua sententia olim edideram.* moerus *Bamb. Tur. m. pr.* omerus *Ambr.* maerus *Guelf.*, om. *Goth. Voss. b* emoerus *Flor. Bamb. m. 2* emoerus uel numerus *Tur. m. alt.* enio eius *Monac.* moecus *ms. Mureti* uirtus *ceteri.* In illa e uocali fortasse heu latet, quod praepositum sic heu! férro (uel heu | ferrón) an fato *melius quam insertum* ferron an f. heu m. A. o. *placeat.* arginum *Monac. Bamb. m. 2* argum *Ambros.*

70 senili *Paris. C* sinili *Berol. Pompei* senius *Consentii Monac.*

Poeas *Lindemannus* poetas *Paris. C Berol.* poeta *Pariss. BP* (infra poetas *Parr. BC Berol.*) *Pompei* hostis *Consentius* 71 occulta co-

Siluéstribus saepibus dénsa.

XXXVIII (Em. Hec. 15)

‘Adsum atque aduenio ‘Acherunte uíx uia alta atque
árdua,

Pér speluncas sáxis structas áspéris pendéntibus

75 Máxumis, ubi rígida constat crássa caligo ínferum.

XXXIX (Em. Hec. 16)

‘Vnde animae excitántur obscura úmbra opertae ex óstio

deor. I 42, 119 ‘omitto Elensinem . . . [XXVI] praetereo Samothraciam eaque quae Lemni nocturno’ e. q. s. ‘quibus explicatis ad rationemque renocatis rerum magis natura cognoscitur quam deorum.’ Attii Philoctetae reddi et post n. 528 inseri uoluerunt C. Beier et G. Hermannus. XXXVIII XXXIX Cicero Tusc. disp. I 16, 37 ‘in terram enim cadentibus corporibus eisque humo tectis, e quo dictum est humari, sub terra censebant reliquam uitam agi mortuorum. quam eorum opinionem magni errores consecuti sunt, quos auxerunt poetae. frequens enim consessus theatri, in quo sunt muliereulae et pueri, mouetur audiens tam grande carmen: adsum . . . inferum: tantumque ualuit error . . . ut, corpora cremata cum scirent, tamen ea fieri apud inferos fingerent, quae sine corporibus nec fieri possunt nec intellegi . . . inde Homeri tota νεκρία: inde . . . νεκρομαντεῖα . . . inde in uicinia nostra Auerni lacus, unde animae excitantur obscura . . . sanguine, imagines mortuorum. has tamen imagines loqui uolunt.’ (imagines mortuorum libri optimi. mortuorum imagines Eliens. c. Petrens., Bentleius tamquam poetae uerba. Sed uidentur potius e margine illata esse: cf. Cicero de diu. I 30, 63) Non. 272, 32 ‘constitit, erectus est . . . Cicero Tusculanarum lib. 1: ubi rigida e. e. c. inferum.’ Fr. XXXVIII contuli eum Sophocleae Polyxenae fr. 478 N. (469 D.), ubi Achilles umbra loquitur:

ἀκτὰς ἀπαίωνάς τε καὶ μελαμβαθεῖς
λιποῦσα λίμνης ἦλθον, ἠχούσης γόους
Ἀχέροντος ὄξυπλήγος ἄρσενας χοῆς

luntur aditu *Leid. C*, sed additis transponendi notis. 73 an ab Acherunte? 76 sq. unde animae excitantur uerba annon Cicero- nis potius quam poetae sint ambiguum. obscura umbra opertae ostio *Bruxell.*, *Dauisius* o. u. apertae hostio *Gud. Reg.* obscurae umbrae aperto ostio *Bentleius*, sed idem obscura umbra opertae *alias*. obscura umbra aperto ex ostio *Maduicus* 77 altae *Klotz*ius alte *Gud. Reg.* alto *Bruxell.* alti *Bentleius* cassae *prop. Orellius*, quod defendit *Seyffertus* salso *Reg. Gud. Brux.* fuso *Bentleius* Qui cum *Gulielmio* claudunt uersum his: sanguine, mortuorum imagines *trochaeos dactylo* corrumpunt. obscura umbra aperto alti ostio Acheruntis falso sanguine *Bothius* 76 sq. cum 75 *Hermannus ad Eurip. Hecub. 1* sic coniungi uoluit: inferum, ‘Vnde animae excitantur obscura umbra, aperto alti ostio ‘Acheruntis falso sangui, mortuorum imagines.

‘Altae Acheruntis sálso sanguine

XL

‘Vsque quaque sápere oportet: íd erit telum acérrimum.

XLI

mané mane, porro ut aúdias!

XLII (29)

80 Quá tempestate Hélenam Paris innúptis iunxit núptiis,
 ‘Ego tum grauida explétis iam fere ád pariendum mén-
 sibus,
 Pér idem tempus Pólydorum Hecuba pártu postremó
 parit.

XLIII

Et ego íbo ut latebras rúspans rimer máritimas.

XLIV

Naufrágia, labes géneris ignorás, senex? .

XLV (Em. Telam. 8)

Telamo

85 ‘Ego cum genui, túm morituros scíui et ei rei sústuli.

XL Cicero ad fam. VII 16 ‘in Equo Troiano scis esse in extremo: sero sapiunt . . . Vsquequaque’ e. q. s. XLI Charisius II p. 216 P. ‘mane’ e. q. s. ‘cupiditatis adfectus est.’ XLII Cicero de orat. III 58, 219 ‘aliud’ (uocis genus sibi sumit) ‘molestia: sine commiseratione graue quoddam et uno pressu ac sono obduetum: qua tempestate’ e. q. s. Idem orat. 49, 164 ‘quare bonitate potius nostrorum uerborum utamur quam splendore Graecorum, nisi forte sic loqui paenitet: qua t. Helenam P. et quae sequuntur.’ Ex Pacuuii Iliona sumpta esse intellexit Welekerus. XLIII Festus p. 265 M. ‘ruspari est quaerere crebro, ut hoc uersu indicatur: et ego’ e. q. s. Cf. Pacuuii inc. fab. XXXI. XLIV Charisius V p. 251 P. ‘διάλυτον est siue διάλυσις oratio nulla coniunctione interposita, ut: alii naualibus ite’ e. q. s. ‘et aliubi: naufragia’ e. q. s. ‘sententiae hic plures sine coniunctione finiuntur.’ Ad Teucrum Pacuuii rettuli. XLV Cicero Tusc. disp. III

79 *An audiam?* 80 *qua in Lagom. 2 13 36 quam Lagom. 32 corr. tempestate Helenam Paris Lachmannus tempestate Paris Helenam libri Paris tempestate Helenam Bothius innuptiis Abrinc. et plerique ceteri nuptias Abrinc. Erl. b Lagom. aliq. Gud. a et c*
 81 *fere libri sui Bothius fere eram Halmsius* 82 *Hecuba] haec ubi Erl. b* 83 *rimer maritimas Scaliger rimeram aptimas cod. rimer optimas uel rimem aptissimas L. Mueller de re m. 442* 84 *ignorat cod. Interrogandi signum uulgo deest* 85 *moriturum Seneca,*

Praeterea ad Troiam cum nisi ob defendendam Graeciam,
Scibam me in mortiferum bellum, non in epulas mittere.

XLVI (18)

. inter se strepere aperteque artem obterere extispicum:
Soluere imperat secundo rumore aduersaque aui.

XLVII (54)

90 Nisi si qua Vlixes lintre euasit Lartius

13, 28 'uidentur enim omnia repentina grauiora. ex hoc et illa iure laudantur: ego cum' e. q. s. Ibidem 24, 58 'atque hoc idem et Telamo ille declarat: ego cum genui.' (Reliqua huius uersus m. rec. addita in Reg.; totum uersum exhibent Marb. Duisb. Oxon. unus. ego cum genui moriturum sciui Vindd. Mon. b. Rehd. et additis m. alt. moriturum sciui Bern) Seneca ad Polyb. de cons. 11, 30 'quanto ille iustior, qui nuntiata filii morte dignam magno uero uocem emisit: ego . . . sciui. prorsus non mireris ex hoc natum esse qui fortiter mori posset . . . ego . . . sciui. deinde adiecit rem maioris et prudentiae et animi: et huic rei sustuli.' Fronto de bello Parth. p. 199 ed. Rom. (105 Nieb. 217 Nab.) 'an cunctetur de militibus nostris Mars pater illa dicere? [85] Praeterea cum in terrarum' ('terrae' cod.) 'orbem nisi ob defendendum imperium, scibam me in mortifera bella' e. q. s. 'haec uerba Telamo Troiano bello de suis liberis semel elocutus est.' Hieronymus epist. ad Heliodor. III 'ubi illud ab infantia studium literarum et Anaxagorae ac Telamonis semper laudata sententia: sciebam me genuisse mortalem?' (cf. Cic. Tusc. disp. III 14, 30) Ennio uindicauit Hermannus. XLVI Cicero de diu. I 16, 29 'ut P. Claudius Appi Caeci filius eiusque collega L. Iunius classes maximas perdidit, cum nitio nauigassent. quod eodem modo euenit Agamemnoni: qui, cum Achiui coepissent inter se' e. q. s. Ex narratione naufragii esse, quae in Pacuui Teucro legebatur, statuit Bergkiius. XLVII Quintilianus VI 3, 96 'adiuant urbanitatem et uersus commode positi seu toti ut sunt . . . quod fit gratius, si qua etiam ambiguitate conditur, ut Cicero in Lartium' (ita Bonnellius. in tertium Ambros. in tertium Flor. in artium Bamb. suppl. in arcium Par. a Tur. m. pr. et tertia. martium Monac. Argentor. marcium Tur. m. sec. in Marcium edd. priores.) 'hominem callidum et uersutum, cum is in quadam causa suspectus esset: nisi' e. q. s. Cf. Cicero Brut. 60, 216 Quintil. XI 3, 129. Possunt haec quoque in Teucro Pacuui inserta fuisse.

Ciceronis libri deteriores ei] huic *Seneca* 86 missi *Frontonis* cod. 87 scibam *Fronto* sciebam *Ciceronis libri* 88 inter sese *Dausius* illi inter se *Stieglitzius de Pac. Dulor. p. 126* extispicum *Leid. H* 90 nisi si *Ambros. Bamb. suppl., ut con. Spaldingius nisi ceteri libri* quia *Monac. Argentor.* lintre uel inde euasit *Spaldingius* interuasit libri optimi, tuctur *Buechelerus.* inteuasit *Guelf.* arte euasit libri *Burmanno notati* rate euasit alii Lartius *Ambros., Spaldingius* tertius (laertius *Ambros. m. 2*) rell. Tertius nominis formam tuctur *Fleckcisenus annall. philoll. 1866 p. 8*

XLVIII

'O parens antiq̄ua nostrae ḡntis, Argiuum decus!

XLIX (Pac. Teuc. 21)

Teucer

patria est, ubicumque est bene.

L (Enn. Telam. 9)

Hicine ille est Telamo, modo quem gloria ad caelum
extulit,

Quem aspectabant, cuius ob os Grai ora obuertebant
sua?

* * *

95

simul animus cum re concidit.

LI (58)

Quae tam terribilis tua pectora turbat, terrifico sonitu
inpulit?

XLVIII Analecta grammatica Endlicheri II 517 'diuiditur autem tetrametrum trochaicum catalecticum in quatuor genera haec . . . tragicum, quod plures spondios habeat et sit elatius: o parens' e. q. s.

XLIX Cicero Tusc. disp. V 37, 108 'itaque ad omnem rationem Teucris uox accommodari potest: patria' e. q. s. Publilius Syrus 545. 685 R. (635 [281] de mor. 43 W) Pacuui Teucro tribuere nemo dubitat.

L Cicero Tusc. disp. III 18, 39 'quid ergo? huiusne uitae propositio et cogitatio aut Thyestem leuare poterit aut Aetam, de quo paulo ante dixi, aut Telamonem pulsum patria, exulantem atque egen-tem, in quo haec admiratio fiebat: hicine est ille . . . obuertebant sua? quod si cui, ut ait idem, simul animus cum re concidit, a grauib. illis antiquis philosophis petenda medicina est, non ab his uoluptariis.' Idem ad fam. IX 26 'in eo igitur, inquis, conuiuio Cicero ille [94]?' Eurysaci Attii uindicare studui in quaest. scen. p. 329 sq.

LI—LIII Censorinus fragm. e. 14 p. 96 Iahn. (2726 P.) 'Aristobolus [LI]. hic circuitus magis quam uersus est. Dactylum crebrum

